Tynphonum Polonicalis ex Summa Suprascripta Mille Quingentorum Tynphonum Polonicalis de Bonis Paternis se actorem erga ipsum aequalem olim N. Catharinae Chyczewska Successorem respicien. Siquidem similis portio Summae Quadringentorum Quinquaginta Tynphonum ipsum concernere debet. Tertia Triginta Tynphonum per olim Parentem actis ex Substantia olim Nlis Bartholomaei Cywienski Parentis ipsius ex re deportati oneris Nli Marcianne Chyczewska, attestante hoc in puncto documento datam, has omnes Summas modo praemisso specificatas actori moderno una cum provisionibus persolvat, Nihilominus Honestam agnethem primo honesti Joannis Kapuszczenski secundo voto Laboriosi Joannis Kawczynski, Consortem Viduam Matrem cum prole et eius proprietate ad actorem vigore Documentorum spectan. extradat, ex rebus mobilibus totaq Substantia mobili post olim Nlem Catharinam Chyczewska actis et ipsius Matrem derelictis dispartimentum faciat et sibi actis restituat, Quapropter Citatum ad videndum et audiendum ipsum ad praemissa per Sententiam Judicij Officij praesen. stringi, Satisfactionem praemissorum omnium assignari, Compensationem quarumvis iniuriar. et damnor. decerni Caeteraq pro Causae huius et negotij Originalis exigentia contra ipsum statui decerni et sententiari praesen. Alias Citatione eadem latiori in Je existen. Indiem hodiernam recte caden. et devenien. Partibus ipsis utrisq, Et quidem Actore personaliter Citata per N. Stanislaum Cywinski Coram Judicio Officij praesen. Comparen., et secum iudicialiter controverten., Quibus Partium controversijs Judicium praesens coram Je inductis exauditis Decidendo Citationem Partis actoreae suum ad Judicium

Sexternio 5tus

editam ad Affectationem Partis Citatae hoc Judicium dedit et concessit Dilationem ad Munimenta Causam praesen impugnantia ad Sequentes Querelar Castren Plocen Terminos post Festa Solennia Paschae incidentes, Conservando Terminum Partibus memoratis utrisq in praeallegatis Judicijs suis sine quavis adcitatione comparendi peremptorium. In Continenti MRG. Providus Nicolaus Wiatrak de Młodzieszyno Authen et Juratus palam recognovit. Quia ipse Citationem Literalem Sigillatam pro Terminis praesen servien editam contra praefatum Citatum ad B. Kluczewo Sabbatho post Festum Visitationis Gloriosissimae Virginis Mariae proxime praeterito Anno praesen, tum et Eius primam ex qua poena Contumaciae est obtenta, tempestive ante obtentionem illius in una integra Septimana, detulit, exportavit, posuit, reliquit et depositione notificavit. De quo praesentem Idem Ministerialis fecit Relationem.

Decretum Condescensionis inter GG. Żołtowski et Czachowskie

In Causa et Actione Judiciaria infrascrta inter G. Stanislaum Żołtowski vigore Jurium suor Possessorem Actum ab una, et Gnos Jacobum Czachowski ac Rosam de Romany primi ob G. Stanislai Kotarski, secundi ad praesens voti invicem Coniuges Et quidem Maritalam Consortem in Assistentia sui Mariti inhaerendo Decreto Compromissionali inter se actum et alios ab una, et Nles Kotarskie aliosq Citatum parte ab altera prolatum citat pro Eo: Quatenus ipsi Summam Quadringentor Floren Polon per ob G. Albertum Romatowski Sortium in Bonis Romatowo et Szafosty Żołtowo ibidem sub haerede olim NN. Catharina olim N. Martini Kotarski et Mariannae olim N. Stanislai Zglenicki Relictum Consortibus Suprascrn olim N. Stanislai Rumatowski

towski prioris Mariti Matri et Amittae Romato
wskim modo Obligatorio servien. et in B. Roma.
towo Szafosty inscriptis ab actore levetis, ac de
Eisdem Sortibus Obligatis condescendatis Qua
propter Citantur ad videndum et audiendum Ipsi
ad levationem Eiusdem Summae per Sententiam
Judicij Officij praesen. stringi, Levationem Sum:
mae Suprascrne iniungi, Condescensionem in Sor
tes Obligatorias Officij competentis assignari.
Caeteraq pro Causae et Termini huius exigentia
contra ipsos statui decerni et Sententiam praesen.
alias Citatione eadem fusius praemissa enarrand.
In diem hodiernam legitime caden. et devenien.
Partibus ipsis utrisq. Et quidem Actore Gso
Stanislao Zołtowski personaliter Citata per
G. Jacobum Czachowski suo et Consortis suae
nomine personaliter. Coram Judicio Officij praesen.
Comparen. et secum iudicialiter controverten. Qui
bus Partium Controversijs Judicium praesens co
ram Je inductis exauditis, Decidendo Citationem
Partis actae suum ad Judicium editam, Neces
sariam esse Condescensionem GG. Adami Mild
drowski et Andreae Smolenski BCP. ad Fundum
Bonor. Romatowo, et Szafosty Zołtowo hocce
Judicium censuit censetq praesen. Qui Gnosi
Burgraby unius absentia non obstante mutuo Par
tium Sumptu conducendi, et pro Feria Tertia post
Dominicam Conductus Paschae proxime Anno
Imminenti ventura condescensuri, Comportatio
nem Munimentor. Sortes Bonor. Romatowo et
Szafosty Zołtowo Summae Quadringentorum Flor.
Polonicalis subicitas per Partem Citatam possessas
quarum Exemptio per Decretum Compromisso
riale Parti actae est indigitata elucidantium
praevia Comprobatione iniungent, quibus com
portatis revisis et discussis de Sortium

Eamdem quantitate et qualitate ac quibusvis Fundi pretensionibus, etiam precedentibus si opus fuerit Juratorijs Inquisitionibus investigabunt Solutionem et levationem Summae Eiusdem in vim Condescensionis de Eisdem Sortibus cum praefixione Termini et rigoris ac post levatam Eandem Summam Condescensionem de Sortibus Particitatae mandabunt, Securitatem Solvendae Eiusdem Summae praescribent, Et cui quid et a quo provenerit pro iusto et aequo adjudicabunt, Partesque finaliter pro exigentia Legis et iustitiae decident et moderabunt, quorum vel Cuius Decisioni Partes eadem parere et acquiescere debebunt et tenebuntur, idque sub poena Banitionis illo in Termino super Parte Contravenientem etiam coram uno G. Burgrabio Condescensuro publicanda Decreti praesentis vigore.

Lucrum Ultimariae super M. Kadłubowski ex parte Relictae dim G. Dziedzicki

Juxta actum Executionis infrascriptum in Bonis infrenus nominatis officiose per infraspecificatum G. B. C. P. expeditum manuque Eius propria subscriptum Cuius Tenor sequitur talis. Actum in Bonis Pzary M. Jacobi Kadłubowski Subdapiferi Rzeczycensis Citatae Jure Victae hereditatis, Feria Quarta post Dominicam Exaudi proxima Anno Domini 1755. Officium praesens Castrensis Capitaneatus Plocensis Executoriale infrascriptum insistendo Legibus Regni de peragendis Executionibus sancitis, satisfaciendo quoque muneri Officij sui, additioniq a Judicio Castrensi Capitaneatus Plocensis ad infrascripta peragenda per expressum habitum, parendo in virtute Poenae Banitionis cum Eius publicatione de actu Eius in Castro Plocensi in Terminis Querelarum Causarumque Officij Judicijs ac Causarum Exemptionum, una cum continuatione anterior Causarum in diem hodiernam incidentibus. Feria Secunda post Festum Visitationis Gloriosissimae Virginis Mariae proxima Anno Domini

1754

1754 ex instantia G. Elisabethis de Sokolnickie primi olim G. Francisci Zembrzuski, secundi exnuptui olim G. Antonij Dziedzicki Relicta Consortis Vidua Aulae Iurevinen. super M. Jacobo Kadlubowski Subdapifero Rzeczycen. Citato Iurevinto, intuitu Summae Trecentorum Tymphorum una cum provisionibus ab ultima quietatione retentis non solutionis obtentu et publicata, ex requisitione itaq. Officiosa Suprascriptae G. Elisabethis de Sokolnickie ultimo voto Dziedzicka Relicta Consortis Vidua Aulae Iurevinen. cum Nobilibus Victorino Nadratowski et Alexandro Zaleski, nuncupatis Officialibus Bonorum Gri. Principis Urbano Kusa de villa Lgg. authen. et Iurato ad Actum prius assumpto et una aulaman. ad Bona Supradicta Bona condescendit, Jurisdictionem suam Officiosam praestandi prius pacem et Securitatem publicam, circa actus Officiosos observandi solita fundavit, qua fundata Partes utrasq. ram Actoream Iurevinen. quam Citatam Iurevinto adstare Nobilem ad sui compariturnem aulamare mandavit, Quem Termino a parte Actoris Iurevinen. personaliter compa rens N. Victor Nadratowski, ad urgendam eandem Executionem Impetratus Plenipotens reproducta sui. pra de actu connotata Condemnatione cum ejus publicatione petijt vigore Eiusdem de Bonis Citati Iurevinti Executionem fieri et peragi. Cuius postulationi Officium Executionale annuendo de B. Citato Iurevinti, eandem peragere voluit, Verum quoniam ex adverso videlicet premet M. Kadlubowski Subdapifer Rzeczycen. Citato Iurevinto personaliter Comparendo his expressis verbis: Bracie rey Exekucyi niech się mi ta Przymiana Dziedzicka bardzo nie napatrzy kroa, bo ia się bardzo starad, dla niey opie mędre, ale się naprzod musiemy wszędzie o prawi zyz ktorey się zapiera, iakoby oney nie brała y mnie Kwitow niedawała impugnavit, et fieri non admisit qua attenta impugnatae Officium Executionale ab eaq. Executione supersedit et Causam hanc cum toto Eius Effectu ac Partibus ipsis utriq. pro ulteriori disceptatione ad Forum demandanda Executione rursus ad Judicium Officij praesentis remisit remittitq. praesenti Conservando Partibus

Terminum memoratis utrisq in Pallegatis Judicijs Castren Plocen ab hinc prius et proximius in Castro Plocen celebrandis, sine ulla adcitatione comparendi peremptorium. Decreti Executorialis vigore Laurentius Dłużniewski BC Plocen manu propria. In Termino itaq hodierno vigore Pinsertae Remissionis, in diem hodiernam recte caden et devenien Partibus ipsis, Et quidem actrice personaliter. Tandem Pfata Actrix Coram Judicio Officij Pren personaliter comparens, et Terminum Eundem hodiernum per totum Judicior modernor tractum legitime attentans, memoratum Citatu ad Jurjurandum per MRS. P. Nicolaum Wiatrak de Młodzieszyno Authen et Juratum tribus et ultra Juris formam vicibus quatuor uti ante ita et post Officiosum arestum tempestive per Eund Mrlen Judicialem Wiatrak interpositum, et per Judicium Officij presen Suscepti connotati clamatum et vocatum non tamen Comparen, in Lucro Ultimariae Fortis finalis ac indilatae Faciendae Executionis alias in toto seu pro toto Lucro negotij sui Prpalis admittente Judicio Officij Pren judicialiter ac Officiose condemnavit, Ulterioraq sibi per Judicium hocce ea in Causa fieri et exequi postulavit, Et Judicium Pren Juri Communi Annuendo pro Facienda iuxta Pren Juris Communis Ultimaria Forti finali Executione G. Joannem Grabia BC P. addidit et deputavit, Qui G. Burgrabius exequendo munus Officij sui parendoq additioni a Judicio Pren habitae Eand Executionem Ultimariam Fortem finalem ad primam actricis Requisitionem Decriq Pren exhibitione non obstan quibus Jurium oppositionibus facere et peragere debebit et tenebit sub poenis Contra renitentes Officiales Legibus Rni descris. Super veri Anterioris Executionis Impugnatore Eadem Actrix petijt ratione Impugnationis Banitionis poenam decerni, et Judicium Pren Juri Communi postulationiq actricis uti lucta Annuendo poenam Banitionis super Eod Impugnatore decrevit Pren bajq decernit Et ad publicand Eand Suprasen Mrle Wiatrak Judicialem addidit et deputavit, Qui

Mrlis

Mrlis satisfaciendo Deputationi suae à Judicio
praesen habitae memoratam Bnis poenam ac ipsum
met Impugnatorem praesenti in Termino disparen
esse banitum Juri Communi Contrarium et rebel
lem hic in Atrio Stubae Judicialis ac in aliis
locis publicationi solitis praesen plurima nobilitate
ad Judicia moderna Forumq publicum congregata
alta sua praeconica et sonorosa voce pelamavit pu
blicavit, et ad notitiam omnium ptunc praesen indu
biam deduxit. De quo praesente Eiusdem Mrlis facit Re
lationem. Post quam publicatam ut praemissum
est Banitionis poenam Judicium Officij praesentis
pro facienda iuxta praesenum Juris Communis Exe
cutione Causam hanc cum toto Eius Effectu ac
Impugnatore ad M. Loci Capitaneum aut mm
Locorum Capitaneos vel Eorum Loca tenentes sub cu
ius vel quorum Jurisdictione praefatus Impugna
tor cum Bonis suis residet et consistit remisit
remittitq praesen. Decreti praesentis vigore

Lucrum Ultimariae ex parte GG. Potryko
wskich super GG. Malewskie

Iuxta actum Executionis infrascrum in Bonis inferius
nominatis officiose per infraspecificatum S. B. C. Plocen
expedit, manuq Eius propria Subscrum. Cuius tenor
sequitur talis. Actum in Fundo Bonor Mitobe
dzyno Sabbatho in vigilia Festi S. Mathiae apli
proxima Anno Dni 1755. Coram Gnoso Joan
ne Antonio Uminski B. C. P. in praesentia Gsorum
ac nobilium Jacobi mieszkowski, Antonij Gołecki
necnon MRS. Providi Adami Strzelak de villa
Zybowo Authentici et Jurati, ad actum praesen accla
mandum assumpti. Qui quidem S. Burgrabius Castr
Plocen satisfaciendo muneri Officij sui ac Additioni
à Judicio Officij Castren Plocen habitae ex requisitio
ne officiosa Gnosor Casimiri et Elisabethae G. Jose
phi Borowski Consortis Potrykowskich Fratris et
Sororis interse germanor Actis Jurevincen vigore
Condemnationis de actu Eius in Castro Plocen in
Terminis Querelar Causarumq Officij Judicijs

ad Causarum Exemptionum una cum Continuatio-
ne Anteriorum Causarum in diem hodiernam inciden-
tibus Feria Secunda post Festum Visitationis G.
Virginis Mariae proxima Anno Dni 1754. super
Gsis Adamo et Ignatio Malewskie Dominis An-
tonio Gutkowski et Joanne seu alterius nominis
Lutominski Famulis Jurevictis intuitu Bonor. actis
propriorum superinequitationis Subditi colorato titulo
ac si profugi in Gasis suor. actis violentis medijs
investigationis formataq illa pretensione violentiarum
permultarum peractionis, sui actis pro demonstran-
da via ad Bona Szuman conductionis ibiq actis
opprimere attentationis subsequen. vero tempore
in oppido Drobin tempore nundinar. adhibitis
suprascris Complicibus itidem indebite oppressionis
frameis et adunco aliquoties concussionis, Concussio-
num inflictionis, in vitam diffidationis, alias fusius
processu in se obloquen. obtenta et publicata ad B.
Suprascra cum Suprascris nn. ac predicto Mrli con-
descendit Jurisdictionem suam Officiosam pro custodi-
ta prius pace et securitate publica circa actus offi-
ciosos pro stari solita fundavit Partes utrasq tam
actis Jurevincen. quam Citatis Jurevictis ad sui prae-
sentiam predicto Mrli acclamare mandavit. Quo
in Termino circa reproductionem Condemnationis
superius de actu specificatae personaliter Compa-
rens G. Adamus Malewski Jurevictus Eandem Exe-
cutionem his verbis. Bronię tey Exekucyi iako ia
nic niewinienem Ichmć PP. Petrykowskim niechay
tam-tych processuie ktorych ma w Terminie a
mnie niech zaniecha impugnavit et fieri non ad-
misit, qua Impugnatione attenta G. B. C. Plocen.
ab eadem Executione supersedit et Causam hanc cum
toto Eius effectu ac Partibus ipsis rursus ad Judicium
Officij Castren. Plocen. unde emersit pro finali deci-
sione fortioriq demandanda Executione remisit
remittitq praesen. Terminum Partibus memoratis
utrisq in pallegatis Judicijs Castr. Plocen. prius
et proximius ab hinc in Castro Plocen. celebrandae
sine quavis adcitatione conservando comparendi

perpetuum

peremptorium. Joannes Antonius Uminski Bur-
grabius Castren Plocen manuproprio. Tum quoq
ex adcitatione Literali Castren Capitt Plocen Te-
noris Eiusmodi. Stephanus à Dembowa Gora Dem-
bowski Plocen Plonscen Tymbarien etc. Capitaneus.
Vobis GG. Adamo et Ignatio Malewskim Dominis
tum Antonio Gutkowski ac Joanni seu alterius
cuiusvis nominis Lutomirski Famulis de Personis
Bonisq vestris generaliter omnibus vigore Regio
et Nostra qua hac in parte fungimur Capitaneali
authoritate mandamus ut in Terminis Querelar
Causarumq Officij Judicijs Feria Secunda prius et
proximius ab hinc Castro Plocen celebrandae per-
sonaliter ac peremptorie compareatis. Ad Instan-
tiam GG. Casimiri et Elisabethis G. Josephi Bo-
rowski Consortis Petrykowskich Fratris et Sororis
inter se germanor. Actt. Qui vos et quidem ma-
ritata Actrix cum debita Mariti sui authoritate
et assistentia, inhaerendo Documentis Causam
praesen enuclean. citant seu potius post transla-
psum Trnum seu Terminos, si qui sibi Actt ob
non prosecutionem Causae sunt translapsi, nem-
pe ad paratam Dilationem majoris. paratas
Condemnationes paratasq Remissiones ab Officio
Burgrabiali Cren Plocen ad Judicium Nrum facta
et hoc in causa intuitu Bonor. Actt proprionum
Supernequitationis Subditi sui Colorato Titulo ac
si profugi in Gasis suor. Actt violentis medijs
investigationis, formataq illa pretensione violen-
tiar. permultar. peractionis, sui Actt pro demon-
stranda via ac B. Szumari conductionis ibiq Actt
opprimere attentationis, subsequenti vero tempo-
re, in oppido Drobin tempore Nundinar. adhibi-
tis Suprascrs Complicibus, itidem indebite oppres-
sionis francis et adunco aliquoties concussio-
nis, concussionum inflictionis, in vitam diffida-
tionis processu Causae fusius pmissae obloquen
adcitant ad videndae et audiendae vos ad satisfa-
ctionem pmissor. omnium ulterius vobiscum

ea in Causa jure proiedi, pœnas tam respectu atten
tatar violentiar super vobis extendendas quam
in Sublationem super vobis obtenti decerni, Di
lationi majoris in toto satisfieri, ac id quod Juris
erit sententiari præsen Sitis Termino advenienti
parituri et iudicialiter responsuri. Datum in Cr
Plocen Feria Secunda in Vigilia Festi Nativitatis
S. Joannis Baptistæ Anno Domini 1755to.
In Termino itaq hodierno vigore præinsertarum
Remissionis ac Acceptationis In diem hodiernam
recte caden, et devenien, Partibus ipsis utrisq
Et quidem Actorea per G. Casimirum Petry
Konski suo et aliorum Actt nomine persona
liter. Tandem præfata Pars Actorea coram Judicio
Officij præsen personaliter comparens, et Terminum
Eundem hodiernum per totum Judiciorum modernorum
tractum legitime attentans memoratos Citatos ad
Jur iuridice per MRG. Providum Nicolaum Wia
trak de Młodzieszyno Authen et Juratum tribus
et ultra juris formam vicibus quatuor uti ante ita
et post Officiosum Arestum tempestive per Eundem
Mrlem Judicialem Wiatrak interpositum et per
Judicium Officij præsen susceptum et connotatum
clamatos et vocatos non tamen comparentes
in Lucro ultimariæ fortis finalis ac indilatæ
faciendæ Executionis, alias in toto seu pro toto
Lucro negotij sui prpalis admittente Judicio Offi
cij præsen iudicialiter ac officiose condemnavit.
Ulterioraq sibi per Judicium hocce ea in Causa
fieri et exequi postulavit, Et Judicium præsens
Juri Communi postulationiq Partis Actt uti
licitæ annuendo pro facienda iuxta præscriptum
Juris Communis Ultimaria Forti finali ac in
dilata Executione G. Valentinum Zołtowski
Burgrabium Cren Plocen addidit et deputavit
Qui G. Burgrabius exequendo munus Officij
sui parendoq additioni à Judicio Officij præsen
habitæ Eandem Executionem ultimariam

forten

fortem finalem ac indilatam ad primam Partis Actoreæ requisitionem Decretiq. præsen. Exhibitionem non obstantibus quibusvis Iurium Oppositionibus facere et peragere debebit et tenebitur, sub pœnis contra renitentes Officiales Legibus Rni. descrs. Nemo vero Eandem Executionem ultimariam fortem finalem officiose peragendam nec per se nec per suas quasvis subordinatas audeat impugnare personas. Idq. sub seorsiva Banitionis perpetuæ pœna quæ contra Impugnatores Officiosorumq. Actuum Imitatores præsenti interponit Decreto. In continenti MRs. Suprascriptus Wiatrak palam recognovit Quia ipse adcitationem Literalem Sigill. pro Terminis præsen. servien. edill. contra præfatt. adcitatt. ad Bona Miłobędzyno Feria Quarta in Crastino Festi Nativitatis S. Ioannis Baptæ Anno præsen. detulit exportavit posuit reliquit et de positione notificavit. De quo præsen. Idem Ministerialis fecit Relationem.

Dilatio Majoris inter Conventum Plocen. Ord.s S. Dominici et M. Kadłubowski

In Termino hodierno ex Dilatione Anteriori munimentorum Parti infrascriptæ Citatæ recepta et per Iudicium Officij præsen. data et concessa idq. ad sequentes Querelarum Castren. Plocen. Terminos ut pote modernos cum Termini inibidem contenti legitima conservatione facta, et hoc in Causa et actione Iudiciaria infrascripta inter Rlyssmum in Christo Patrem Martinum Rucienski S. Theologiæ Doctorem Conventus Plocen. Ord.s S. Dominici Priorem ac Totum Eundem Conventum actum ab una, et M. Paulum Kadłubowski Ensifer. Vissogrodien. adhærendo Testamento ultimæ voluntatis olim G. Ludvinæ de Gumowskie olim S. Francisci Gierzynski Relictæ Consortis

vidua

Viduae Die 7ma Decembris Plocie in Anno 1752.
facto et subsecuto Actis Castren Plocen Feria Quinta
in vigilia Festi Immaculatae Conceptionis Gloriosis
simae Virginis Mariae Anno Eodem roborato, et per
Oblatam Feria Tertia in vigilia Festi S. Jacobi
Apostoli Anno 1753. ad Acta Eadem Oren Plocen por
recto, tum Inscriptioni per ipsum in rem Suprascriptae
olim G. de Gumowskie Gierzynska Authen Reco
gnitae Secundo post obtentam Contumaciae poenam
ad Judicium Officij praesen parte ab altera Citatae
pro Eo: Quatenus ipse Summam Trecentor Tyrphon
Conventui Plocen Ord. S. Dominici actae Suprascri
pto Testamento, in Suffragium Animae Eiusdem
Gnae Gierzynska dispositam, et applicatam, solvi
ex B. Przeciszewo virtute Inscriptionis Eidem olim
G. Gierzynska servien provenien una cum provi
sione persolvat, et realiter enumeret, quo citatur
ad videndum et audiendum ipsum ad solutionem
Summae Trecentor Tyrphon cum provisione stringi
et compelli caeteraque pro iustitia et aequitate con
tra ipsum statui et sententiari praesen. Alias Dila
tione eadem Latiori in Je existen In Diem hodier
nam recte caden et devenien, Partibus Ipsis
utrisque Et quidem Actorea per Rlgsum in Christo
Patrem Stanislaum Maszocinski Conventus
Plocen Ord. S. Dominici Causar Procuratorem
suo et Totius Conventus nomine personaliter
Citata per G. Valentinum Krzyzanowski, Indicente
Conventu Plocen Ord. S. Benedicti per G. Fran
ciscum Zabicki coram Judicio Officij praesen Com:
paren, Tandem ad repositionem Comparentis
Partis Citatae hocce Judicium dedit et concessit
Dilationem maioris Citato M. Paulo Kadlubo
uski Ensifero Terrae Vissogrod ex quo Causas
majoris Importantiae in Judicijs Tribunalis
Rnum Petricovien pronunc attentat quam Di
lationem Literatorijs probabit Documentis
in Sequentibus Querelar Castren Plocen Fer

minus

minis post Festa Solennia Paschae incidentibus conservando Terminum Partibus memoratis utrisq in pallegatis Judicijs suis sine quavis adcitatione comparendi peremptorium. Decreti presen vigore.

Dilatio Majoris inter Conventum Eundem et G. Zglenicki

In Termino hodierno ex Dilatione Anterior Munimentor Parti infrascrae Citatae in Anteactis Judicijs suis recepta, et per Judicium Officij presen data et concessa idq ad sequentes Querelar Castren Plocen Terminos ut poti modernos, cum Termini in ibidem Contenti legitima conservatione facta; Et hoc in Causa et actione Judiciaria infrascra inter Rlgssmum in Christo Patrem Martinum Rucienski S. Theologiae Doctorem Conventus Plocen Ord. S. Dominici Priorem Totumq Eundem Conventum actt ab una, et Gsos Antonium Parentem Anteactum, et Gasparum Filium modernum Bonor Bledzewa et Bledzewka in Palatinatu Plocen consisten Haeredes Zglenickie, inhaerendo Inscriptioni Authenticae, tum maoni coram actis Authen Rni factae ad Judicium Officij presen parte ab altera Citatt idq pro Eo. Quatenus Ipsi Summam Mille Tynphonum modo simplicis Debiti Conventui Plocen actt Actis Castren Plocen Feria Secunda in Crastino Festi S. Lucae Evangelistae Anno Domini 1739. per G. Antonium Zglenicki Parentem Anteactum Bonor Bledzewo et Bledzewko Haeredem super Eisdem Bonis Bledzewo et Bledzewko nunc per ipsum Filio suo Gnoso Gasparo Zglenicki resignatis, inscriptam et ad solvendum post sera fata sui assecuratam /: quoniam stante vita ipsius Eadem Bona Bledzewo et Bledzewko super quibus actt Summam inscripsit, Filio suo Gnoso Gasparo Zglenicki resignavit./ solvant et realiter eoumerent, seu potius ipse G. Gaspar Zglenicki uti

Eorundem Bonor. Bledzewo et Bledzewko Haeres moder
nus et actualis Possessor emundando Possessionem Bo
norum Eorundem solvat et realiter enumeret Citant
igitur ad videndum et audiendum ipsos ad Solutionem
praemissae Summae Mille Tynphor. instantaneam per
Sententiam Judicij Officij praesen stringi et compelli,
Ceteraq pro Causae praesen exigentia superipsis decer
ni et sententiari praesen. alias Dilatione eaq latioria
in se edisserente In diem hodiernam recte caden
et devenien Partibus Ipsis utrisq, Et quidem
Actorea per Rlgm in Christo Patrem Stanislaum
Maszocinski Conventus Plocen Ord. S. Dominici Cau
sarum Procuratorem suo et Conventus nne personaliter
Citata per G. Jacobum Kęsicki Camerarium Terrem
Plocen Coram Judicio Officij praesen comparentibus
Tandem ad repositionem Comparentis hocce Judi
cium dedit et concessit Dilationem Majoris Gsi
Gasparo Zglenicki ex quo Causas majoris impor
tantiae in Judicijs Castren Bobrovnicen pronunc
attentat, quam Dilationem Literatorijs probabit
documentis in Sequentibus Querelar. Cren Plocen
Terminis post Festa Solennia Paschae incidentibus
cum Ceteris Citatis hocce Judicium Causam praesen
suspendit suspensamq esse vult ac declarat ad
Eosdem Sequentes Querelarum Terminos Conser
vando Terminum Partibus memoratis utrisq in
praallegatis Judicijs suis sine quavis Adcitatione
comparendi peremptorium. Decreti praesentis vigore.

Dilatio Similis inter Conventum Eunc
et MM. Mdzewskie Thesaurarios Vin

In Causa et Actione Judiciaria infrascrita inter Rlgmum
in Christo Patrem Martinum Rucienski S. Theologiae
Doctorem Conventus Plocen Ord. S. Dominici Priorem
Totumq Eunc Conventum actu abuna, et infros
Carolum et Eleonoram de Mdzewskie primi ob. G. alber
ti Lękowski Secundi ad praesens voti ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ Mdzewskie
~~[illegible]~~ Consortem alias invicem Conjuges Br. Streego
wa et alior. eo pertinen Haeredes et Possessores Eo
quiq maritatam Consortem in assistentia sui
mariti inhaerendo Documentis Causam praesen invam

Secundo

secundo post obtentam Contumaciae poenam ad Judicium
Officij praesentem parte ab altero Citatae idq. pro eo: Quate-
nus ipsi Summam Quindecem Millium Florenorum
Polonicalium ex Summa Maiori Novemdecem Millium
Trecentorum Florenorum Polonicalium super praedictis B. Strzego-
wo cum attinentijs diversis Inscriptionibus Authen-
Debitoreis in rem Conventus Plocen. actis recognitis
per Illmum et Rndissimum Antonium Mdzeski
Suffraganeum Gneznen. Anteactum B. Strzegowo
Haeredem inscriptam uti nulli obligationi obnoxiam
imo semper levabilem pro reparatione Ecclesiae
ac Conventus summopere ruinatae una cum pro-
visionibus retentis solvant et realiter enumerent,
Damna et Litis Expensas refundant, pro quo citantur
praesentes alias Citatione eadem Junius praemissa in se
complecten. In diem hodiernam recte caden. et
devenien. Partibus ipsis utrisque Et quidem actorea
per Religiosum in Christo Patrem Stanislaum Ma-
szocinski Conventus Plocen. Ord. S. Dominici Cau-
sarum Procuratorem suo et Totius Conventus nomine
personaliter. Citata per Gsum Valentinum Zoltiski
coram Judicio Officij praesentem comparen. Tandem ad
repositionem Comparentis hocce Judicium dedit
et concessit Dilationem Maioris M. Carolo Mdze-
uski Thesaurario Vinnicen. Citatae ex quo Causas
Maioris Importantiae in Judicijs Tribunalis Rni
Petricovien. pro nunc attentat. Quam Dilationem
Literatorijs probabit Documentis in sequentibus
Querelar. Castr. Plocen. Terminis post Festa Solen-
nia Paschae incidentibus Conservando Terminum
Partibus memoratis utrisque in praeallegatis Judicijs
suis sine quavis adcitatione comparendi perem-
ptorium In Continenti MRS. P. Nicolaus Wiatrak
de Mlodzieszyno Authus et Juratus palam recogno-
vit. Quia ipse Citatae Literatae Sigillo pro Terminis
praesentem servien. edictae contra praefatae Citatae ad B. Strzego-
wo Sabbo in vigilia F. SS. Petri et Pauli Aplor.
anno praesenti Tum et eius primam ex qua poena
Contumaciae est obtenta tempestive.

Banitus G. Bromirski per T. Sąchocki

In causa et actione Judiciana infrascripta inter Mlem Jacobum Sąchocki olim N. Josephi Sąchocki Filium actorem ab una, et G. Josephum Bromirski et Stanislaum Żołtowski inhaerendo scripto certo manuali super Summam viginti sex Tynphonum per Eundem G. Bromirski olim N. Josepho Sąchocki actori Parenti dato, Secundo post obtentam Contumaciae poenam ad Judicium Officii praesentem parte ab altera Citatae pro eo: Quatenus ipsi Summam eandem viginti sex Tynphon sibi actori persolvant, seu quem ipsorum onus solutionis magis afficit persolvat, Citantes igitur ad videndum et audiendum ipsos ad persolutionem Eiusdem Summae per sententiam Judicii Officii praesentis Stringi et compelli Solutionem instantaneam iniungi, ac id quod Juris et iustitiae erit decerni statui et sententiari praesentis alias Citatione eadem latione in se existentem In diem hodiernam recte cadentem et devenientem Partibus ipsis utrisque Et quidem Actorea per G. Franciscum Szulinski Citata pro interesse G. Stanislai Żołtowski per G. Valentinum Żołtowski coram Judicio Officii praesentis comparentem Quoniam Originaliter Citatus N. Josephus Bromirski praesenti in Tribunali disparet et se condemnare permittit proinde Causam praesentem hoc Judicium suspendit suspensamque esse vult ac declarat, ad Convictionem disparentem Quemquam disparentem praefata Pars Actorea coram Judicio Officii praesentis per suum Plenipotentem comparens et Terminum Eundem hodiernum per totum Judiciorum modernorum tractum legitime attentans memoratum Citatum ad jus judicii per MRG. P. Nicolaum Wiatrak de Młodzieszyno Authentem et Juratum tribus et ultra iuris formam vicibus quatuor uti ante ita et post Officiosum arestum tempestive per G. Jacobum Kęsicki interpositum et per Judicium Officii praesentis susceptum et connotatum clamatum et vocatum non tamen comparentem judicialiter ac officiose condemnavit, Ulterioraque sibi per Judicium hoc ea in Causa fieri et Exequi postulavit, Et Judicium praesens Juri Communi postulationique Partis actoris uti licitae annuendo poenam Banitionis decrevit praesentibusque decernit, Et ad publicandam Eandem supraseriptum Mlem Wiatrak Judicialem addidit et deputavit Qui Mlis satisfaciendo Deputationi suae a Judicio praesentis habitae

Eandem

Eandem Bnis pœnam ac ipsummet Citatum præsentem in Termino disparen esse banitum Juri Communi contrarium et rebellem hic in atrio Stabæ Judicialis ac in aliis locis publicationi solitis præsentem plurima nobilitate ad Judicia moderna Forumq publicum congregata alta sua præconia et sonorosa voce proclamavit publicavit, et ad notitiam omnium protunc præsentem Indubiam deduxit, De quo præsentem Idem Mrlis eloco publicationi solito suum ad Judicium rediens fecit Relationem. Postquam publicatam sit præmissum est Banis pœnam Judicium Officij præsentem ~~Causam ha~~ pro facienda iuxta præsentem Juris Communis Executione Causam hanc cum toto Eius effectu ac Partibus ipsis ad m Loci Capitaneum seu mm Locorum Capitaneos, aut Eorum loca tenentes sub cuius vel quorum Jurisdictione præfatus Citatus cum Bonis residet et consistit remisit remittitq præsentem In Continenti MRS. Providus Nicolaus Wiatrak de Młodzieszyno Authus et Juratus palam recognovit. Quia ipse Citatus Literatus Sigillatus pro Terminis præsentem servien editus contra præfatus Citatus ad Bona Romatowo super Summam G. Bromirski ibidem hæren Feria Sexta post Festa Sacri Pentecosten Anno præsentem tum et Eius primam ex qua pœna Contumaciæ est obtenta tempestive ante obtentionem illius in una integra septimana detulit exportavit posuit reliquit et de positione notificavit. De quo præsentem Idem Mrlis fecit Relationem.

Rejectio inter N. Winnicki et MM. Paprockie

In Causa et actione Judiciaria infrascripta inter Instigatorem Alterum Judicij Officij præsentem et G. Dionisium Winnicki actus cassandæ ab una, et Instigatorem Judicij Officij præsentem tum Illres mm Joannem Capitaneum Jusinen Succamerarium Curiæ Sæ Rae Mstis Vladislaum Colonellum Exercitus Rni et Albertum Palatinum Lanicien Comites à Gora Skarbki Bonor Szczytne Hæredes, tum mficos Jacobum Thesaurarium Dobrinen Parentem et Petrum Filium Paprockie Eorumq Bonor Szczytno Obligatorios Possessores atq G. Adamum Owsienicki

præfatos

Praefatorum Bonor. Szczytno Administratorem inhaeren-
do Maioni coram actis authen. Rni factae ad Iudicium
Officij praesen. parte ab altera Citatis pro eo. Quia ipsi
nullis extraditis Citationibus Condemnationem quan-
dam in Iudicio Officij praesen. super se acta obtinuerunt,
processu vexatorio intuitu quarundam violentiar. aggra-
varunt, peridq. contra Leges Rni processerunt, poenas
succubuerunt, pro quibus nihilominus pro cassatione
eiusdem illegalis Condemnationis seu potius Infa-
miae ultra mentem Legis in Causa Civili obtentae praesen.
citantur ad videndum et audiendum Condemnaonem
seu Infamiam uti illegalem cassari, acta modernum
ad pristinum honoris gradum restitui, poenas super
ipsis respectu aggravationis processu irrogari. Caetera
pro iuris exigentia, statui decerni et sententiari praesen.
alias Citatione eadem fusius praemissa edisserente
In diem hodiernam recte caden. et devenien. Parti-
bus ipsis utrisq. Et quidem actore cassandae G. Dio-
nisio Winnicki personaliter. Citata cassandae et
negotij Principalis acta per M. Petrum Paprocki
Thesaurariae Dobrinen. suo et aliar. Citatis cassandae
et negotij acta personaliter. Coram Iudicio Officij
praesen. comparen. et secum iudlter controverten. Quibus
Partium Controversijs Iudicium praesens coram se
inductis exauditis Decidendo Citationem Partis
acta pro cassanae edita Idem Iudicium decrevit
quatenus educat Pars citata Cassandae et negotij
acta processum super Parte acta moderna cassandae
et negotij citata obtentum idq. in instanti, Et quo
niam eduxit, proinde suspensa resolutione Eiusdem
Processus Partibus in negotio Prpali experiri man-
davit mandatq. praesen. in experimento Controver-
sijs ulterioribus Partium exauditis, Siquidem
Causa praesens iunctim contra mm. Lasockie prose-
cuta esse patet proinde ad Inscriptionem actoratus
Illmum et mm. Skarbkow Palatinae Lanciciens.
et Paprockich contra mfcos Lasockie Citatis in
Regestris praesen. dependen. hocce Iudicium
reiecit reijcitq. praesen. in ibidem iudicanda et Termi-
num

num ex acclamatione Eiusdem Inscriptionis id Judicium Partibus utrisq conservavit peremptorium. In Continenti MRS. P. Nicolaus Wiatrak de Młodzieszyno Authenticus et Juratus palam recognovit Quia ipse Citatt Literatt Sigillatt pro Terminis pren servien editam contra pfatos Citatt et quidem Instigatorem Judicij Officij pren ad Stubam Judicialem contra vero reliquos Citatos ad B. Szczytno Feria Tertia intra Octavas Festi Sacratissimi Corporis Christi Domini anno pren detulit exportavit, ponit, reliquit et depositione notificavit. De quo pren Idem Mrlis fecit Relationem. Et hic subinde Idem actt cassanie eandem Mrlis Relationem ad cassanie in toto approbabit confirmavit prout approbat confirmat pentibus

Dilatio Scrutinionum inter Ill MM Skarbki Palatinie Lanciciens Paprockie, ac MM Lasockie tum G. Winnicki

In Termino hodiemo ex Dilatione Anteriori Scrutinionum Parti infrascrae videlicet Illribus Mficis Skarbkom Palatinie Lanciciens et Paprockie Thesaur Dobrinen ac aliis actt tum MM. Lasockim Matrem et Filio Ensiferis Zacrocinien in antecatis Judicij suis concessionum idq ad sequentes Querelar Cren Plocien ut pote modernos cum Termini in ibidem contenti legitima Conservatione facta, ~~in quo Conservationis Termino, in diem hodiernam cadent~~, Et hoc in Causa et actione Judiciaria infrascra inter Instigatorem Judicij Officij praesen Eiusq Delatores Illres Mficos Joannem Capitaneum Fussinen Succamerarium Curie Sae Rae Mstt. Vladislaum Colonellum Exercitus Regni, et Albertum Palatinie Lanciciens Comites à Gora Skarbki Bonor Szczytna Haeredes tum Jacobum Thesaurarium Dobrinen Parentem et Petrum Filium Paprockie praenominatt

natorum Bonorum Szczytno Obligatorios Possessores atq
S. Adamum Owsienicki Eorundem Bonorum Administra
torem Actu abruna et Officiosum Mariannam de Zo
rawskie olim M. Demetrij Lasocki Ensiferi Zacro:
cimen Relictam Consortem Viduam et Matrem Bo:
norum Radzanowa quovis modo Possessricem Ale:
xandrum Lasocki Ensiferum Zacrocimen Filium
Dominos tum Gsos Dionisium Winnicki, Simonem
Zakobielski Famulos necnon Laboriosos mar
tinum Grabowski, Andream Aurigam Gregorium
et Josephum Sylvarum Custodes Et quidem Sub.
ditos in Assistentia Dominorum suorum inhaerendo Pro.
clamationi Capitis olim Laboriosi Nicolai dicti Ciarka
de saepefatis Bonis Szczytno Subditi nativi ac Pro:
testationi coram Actis Authen Rni contra ipsos inter.
posito, secundo post obtentam Contumaciae poenam ad
Judicium Officij praesen parte ab altera Citatis idq pro Eo
Quia ipsi praecipue Nles Winnicki et Zakobielski Fa.
muli ex mandato (ut supponit) M. Lasocka Dominae
Subditos Illrium Mm Actu varijs temporibus ubiq
locorum infestarunt, oppresserunt, nunc vero tempore
non pridem praeterito superveniendo primo ad B. Szczy
tno obruti liquore in Taberna Szczytnen varias incon.
venientias, violentias peregerunt, perpetrarunt, violen.
tijs perpetratis gressum suum ad Bona Radzanowo
moverunt, et in via cuiq libera Laboriosum Bar.
tholomaeum de praedictis Bonis Szczytno Subditum praefa.
ti olim L. Nicolai Ciarka crudeliter interempti Filium
nulla habita ratione oppresserunt, concusserunt, securim
interceperunt, habitaq de eadem oppressione Filijsui
Suprascrus olim L. Nicolaus Ciarka notitia cum pre.
cibus ad ipsos supervenit et ut ab eadem oppressione
desinant ac securim interceptam reddant, expostu
lavit, ipsi vero obliti Legum tam Divinarum quam hu:
manarum locoq desinendi a praemissa oppressione imo
ad maiores sese resolvendo, praecipue ipse Nlis Winni
cki deliberato animo proripiendo se ad Bombar:
dam longiorem pulvere et globis bene onustam ad

praefatum

Pfatum L. Nicolaum Ciarka explosit et fata repen:
tina absq omni dispositione Christiana attestan Pro.
clamatione Capitis, causavit et de facto homicida
extitit poenasq exinde emergentes succubuit seu
ipsi omnes tam Domini ratione Incontinentiae Fa
mulorum imo omnis /: ut fama vulgat :/ licentiae
concessionis quam Famuli et subditi mandata
Dominor suor exequentes succubuerunt et in se
traxerunt pro quibus super ipsis decernendis et
extendendis ad videndum et audiendum ad solutio
nem ad mentem Legis taxae Capitis vocitati olim
Laboriosi Nicolai Ciarka per sententiam Judicij
Officij praeson stringi, poenas tam Personales qm
Crumenales distinctas super ipsis irrogandae decla
rari ac id quod Juris erit decerni et sententiam
psen alias Dilatione eadem cum poena Infamiae
super pdicto G. Dionisio Winnicki in Termino an:
teacto Judicior disparen obtenta, lationem se existend. Tum quoq iuxta
Actum Executionis Infrascrum in Bonis inferius
nominandis officiose per infraspecificatum G. BCP.
expeditum manuq eius propria subscrum Cuius
Tenor sequitur talis. Actum in B. Slepkowo Nlium
Sorteq per nlem Melchiorem Bledzewski infrascrum
Citati Jure victi Victricium quovismodo possessa
ante portam Feria Secunda post Dominicam Ra:
mis Palmarum Quadrlem proxima Anno Domini
1755. Coram G. Bartholomaeo Koskowski BCP.
in psentia nlium Valeriani Slepkowski et Antonij
Falkowski necnon MRS. Providi mathiae Krzeza
nowski de villa Szczytno Authi et Jurati Actum
psen acclamari. Qui G. BCPlocen Suprascrus Sa:
tisfaciendo munen Officij sui ac additioni a Judicio
Castren Plocen habitae vigore Condemnationis seu
poenae Infamiae ex parte Illrium mficor Joannis
Capitanei Fusinen Succamerarij S. R. Mstis, Vla:
dislai Colonelli Exercitus Regni, et Alberti Pala:
tinij Lanicien Comitum a Gora Skarbkow
Bonor Szczytna Haeredum tum mficor Jacobi
Thesaurarij Dobrinen Parentis et Petri Filij Pa
prockich Pfator Bonor Szczytno Obligatorior

Possessorum atq G. Adami Owsienicki Coronę Br
Administratoris Actis Iure vincen super N. Dionisio
Winnicki apud m. Mariannam de Zorawski ob
m. Demetry Lasocki Ensiferi Zacrocimen Relicta
Consortem viduam Br Radzanowa Possestricem
in servitijs existen respectu patratae necis in Persona
olim L. Nicolai dicti Ciarka de B. Szczytno Sub:
diti nativi per Eundem N. Winnicki Actualem ho:
micidam in via publica ex bombarda longiori de:
liberato Animo crudeliter interempti ac aliar Incon:
venientiar, illicitor ausuum, processu Causae fusius
edisserente de actu Eius in Castro Plocen in Terminis
Querelar Causamq Officij Iudicijs Feria Secunda
post Dnicam Oculi Quadrlem Anno pren proxime
praeterita obtentae et publicatae ex requisitione supra
positae Partis Actoreae Iure vincen ad B. praenomina
ta Slepkowo cum nlibus ac Mrli in actu contentis
condescendit Iurisdictionem suam Officiosam praecu
stodita per vocem Mrlis pace et securitate actibus
Iuridicis solito fundavit, Partesq ad comparendum
praedicto Mrli acclamare iniunxit, Quo in Termino
acclamatorio prlitem comparens Suprascrus Nlis Fal.
kowski a parte actis reproducta eadem Bonis perpetuae
poena seu potius Infamiae petijt Executionem fieri
et peragi ex adversa vero Parte personaliter com:
parendo Nlis melchior Bledzewski Citati Iure victi
Victricus his formalibus Bronię y niedopuszczam
tey Exekucyi bo Ja o niczym niewiem Pasierb
moy za Życia matki swoiey niematunic niech
go tam Ichmc patrzą gdzie służy a Ja tu żadne
go pozwu niewidziałem. Impugnavit et fieri non
admisit Qua attenta Impugnatione Suprascrus
Officium Burgrabiale ab eadem Executione super
sedit, Causamq hanc cum toto ejus effectu ac
Partibus utrisq rursus ad Officium Castren Plocen
primosq vel proximos Querelar Cren Plocen Ter
minos unde emersit pro finali decisione fortioriq
demandanda Executione remisit remittitq praesen
Conservando Terminum Partibus memoratis utrisq
in Eisdem proximis Iudicijs celebrandis sine qua
vis adcitatione comparendi peremptorium. Decreti

sui

sui Executorialis vigore Bartholomaeus Koskowski Pot. P.
manu propria. Vigore itaq Conservati in Dilatione su:
praexpressa Scrutiniorum Termini ad pinsertae Remis
sionis, post educta per Partem Actoream Scrutinia
sua, In diem hodiernam recte caden et devenien Par.
tibus ipsis utrisq Et quidem Actorea per M. Petrum
Laprocki Thesaurariu Dobrinen suo et alior actt
nne personaliter. Citata per G. Simonem Zako
bielski suo et alior Citatt excepto G. Dionisio Win.
nicki nne personaliter. G. Dionisius Winnicki Citatus
negotij et actore cassanu per Reiectionem persona.
liter Coram Judicio Officij pren Comparen et
secum iudicialiter controverten, Quibus Partium
Controversijs Judicium pens coram se inductis exaci.
ditis Decidendo Terminum Partis actt Idem Ju:
dicium mandavit praesentibusq mandat Quate
nus reponant Partes Scrutinia in anteactis Ju:
dicijs hac in Causa educta idq in instanti, et licet
Pars Actorea reposuit, verum quoniam Pars Citata
videlicet mm. Lasocy et alii pter N. Winnicki
in reatu eaq Scrutinia non eduxit, ac eductis
Partis actt sese non subijcit, Proinde punibili
eaq Parte Citata pro abusu non eductis Eorunde
Scrutinior adinventa, Idem Judicium decrevit
quatenus solvat poenam 14. Marcar Pott Parti
Judicio vero suo p medium in instanti idq sub
poena Banitionis ex regestro poenalium publi.
canda Nihilominus suspensa reseratione Partis
actt Scrutinior hoc Judicium sententiavit pren
tibusq sententiat quatenus Pars Citata videlicet
mfici Lasocy et alij Scrutinia eaq in reatu
suo, quam Pars actorea in deductionem obiector
N. Dionisio Winnicki Citato ad psens comparenti
tumq idem N. Winnicki in emundationem sui
seorsiva Scrutinia educant, et ob rationem de
terminaonis Judicior praesen affectan Partibus
Festes inducant idq in Sequentibus Querelarum
Cren Plocen Terminis post Festa Solennia Paschae

incidentibus conservando Terminum Partibus memoratibus utrisq in pallegatis Judicijs suis sine quavis adcitatione comparendi peremptorium. Decreti sui vigore

5. Dilatio Majoris inter G: Gumowski et Mi Kadłubowski

In Causa et actione Judiciaria infrascripta inter GG Adamum et Constantiam G Mathiae Kucinski Contum Fratrem et Sororem inter se Germanos Gumowskie od Gnosi Andreae Gumowski Filium et Filiam quondam Mgci Thomae Gumowski Venatoris Terrae Ciechanovien Nepotem et Neptim, tum Mgcam Salomeam Nagurczanka od Mgci Nagurka Cam od M Eva Gumowska od M Victorini Gumowski Venatoris Terrae Ciechanovien quondam suprascripti Mgci Thomae Gumowski Venatoris ejusd Terrae Ciechanovien Filij Filia pgenitam Filiam, M. Stephani Luberadzki Tribuni Zawskrzen Vicecapitanei Cren Ciechanovien Consortem, od G Ludovinae de Gumowskie Sapefati od M Thomae Gumowski Venatoris Ciechanovien Filiae, od G Francisci Gierzynski Consortis Relictae Viduae Steriliter decessae, Filiastrum et Filiastram ac Neptim, ex Fratribus procedentes Successores Naturales ~~[illegible]~~ et quid Maritae ~~[illegible]~~ Consortes Cum Maritor suor authoritatibus et Assijs Act ab una et M Paulum Kadłubowski Ensiferum Terrae Vissogrodien inhaerendo Inscriptioni ac Cessionibus authen facto secundo post obtent Contumaciae Poenam ad Judicium Officij pren Parte ab altera Cit pro eo Quatenus ipse Summam Duor Millium Tyrn per Citatum in Personam Memorat od G Ludovicae de Gumowskie

od Gsi Francisci

Jm 400

Sub actu F. 2a Eridie F. S. Mariae Mayd 1755

ob G Francisci Gierzynski Relictae Consortis viduae Actor
Amittae et Aviae ex pendenda provisione inscriptam
ad se Act Jure Naturae ac vigore Cessionum Soli-
met Gnoso Adamo Gumowski Act servien. deven-
tam, una cum provisione provenien. Solvat, qua propter
Citatur ad videnda et audienda ipsi ad Satisfactionem
Promissorum omnium, Sententia Judicij Officij praesen.
Stringi Satisfactionem indilatam demandari, ac id
quod Juris erit decerni et sententiari praesen. alias
Citatione eadem Latiori in se existen. in diem ho-
diernam tgme Cadenc et provenien. Partibus
ipsis utrisq Actorea per G Adamum Gumowski suo
et Sororis suae ac aliorum nne pbr Cita per Gsum
Josephum Grabia Coram Judicio Officij praesen. Com-
paren. Tandem ad repositionem Comparen. hocce
Judicium dedit et Concessit Dilationem Majoris
Mgco Paulo Kadłubowski Ensifero Vissogrodien.
Citato ex quo Causas Majoris Importantiae in Ju-
dicijs Tribunal Rni Petricovien. pro nunc atten-
tat Quam Dilationem Literatorijs probabit Do-
cumentis In sequen. Querelarum Castren. Plocen.
Terminis post Festa Solennia Paschae Incidenc
Conservando Trnum Partibus Memoratis utrisq in
Pallegatis Judicijs suis sine quavis ad citatione Com-
parendi peremptorium Decreti praesen. vigore In Con-
tinen. M R Gnalis Providus Nicolaus Wiatrak
de Młodzieszyno authoris et Juratus palam Rvit
Quia ipsi Citationem literal. Sigill. p Trnis praesen.
servien. edit Con. Pfat. Cit. ad Bona Przeciszewo
Curiamq Cit. ibid. sit Sabbatho post Festum Visita-
tionis G V Mariae prae praesent. Anno praesen. Tum et ejus primam
ex qua Poena Contumaciae est obtenta tempestive ante
obtentionem illius in una integra Septimana detulit
exportavit posuit reliquit et de Positione Notifica
vit de quo praesen. Jd Mlis fecit Relationem.

Sexternio [illegible]

Decretum Condescensionis ad B. Siemuchy.

In Causis et Actionibus Judiciarijs infrascriptis binis prima quidem inter M. Michaelem Kucborski Dapiferum Volhiniae Actorem ab una et M. Joannem Kucborski Notariae Terrae Plocen. inhaerendo Maoni Coram Actis Authicis Rni factae sive faciend. ad Judicium Officij praesen. parte ab altera citatum idq. ad videnda et audiendum ipsum ad restitutionem pro sustentatione Subditor. villae Siemuchy et pro Conseminatione ipsis varij generis Adoris sub fide honore et Conscientia stante Possessione, eorund. Siemuchy ad ipsiq. expostulationem ad breve tempus modo Communicativo errogatarum et importatarum citra tempora Calaminosa in magno pretio Consisten. juxta Cenam solvi illis temporibus assecuratarum expensarum "Stringi" Omnimodamq. in praemissis tam ex vi Conservationis Subditor. quam auctionis Inseminationum Satisfactionem decerni ratione temerarie Institutionis Terminor. prosecutionisq. vexatone Causae intuitu quarumvis praetensionum acsi ex fundo Bonor. Siemuchy ante undecem Annos pullulan. poenis Judicio Arbitrarijs per ipsos succubitis puniri et Incompetentem actionem decerni Caetera pro Causae Legis Justitiae Originalisq. Trni exigentia Statui decerni et sententiari ~~[illegible]~~ Tum quoq. altera Inter M. Joannem Kucborski Notariae Terrae Plocen. Act. ab una et Mgcum Michaelem in Chromaliowo Kucborski Notariae Terrae Plocen. antehac Modernum Dapiferum Volhiniae inhaerendo Contractui Tenutario Br. Siemuchy inter se Actorem ab una et eund. Mgcum Cit. parte ab altera inito et Confecto tum quoq. Maoni Coram Actis authicis Rni Cons. ipsum factae seu faciend. ad Judicium Officij praesen. parte ab altera Cit. idq. pro eo Quia ipsa Summam Trium Millium Tyn. eod. Contractu Tenutae praecensitor. Br. Siemuchy inter se Conscripto et Actis Cre

Plocen.

Plocen approbato sibi Actori solvi assecurat non per
solvit nec provisiones ab eadem provenien pensare cu-
ravit, Agros in Bonis Chromakowo verbali Compa-
cto Commutari declaratos nunc Commutare renuit,
Inseminationes stante sua possessione in agros sibi
Ad Dimissos non adequate et in agris non bene Cultis impor-
tavit, Subditos de Bonis Siemacky ad Bona Chroma-
kowo Ad Bona Chromakowa ad Continuos Labores
Convertit perindeq plus viridari quam frumenta Colli-
gere Causavit Ipseq Actorem Summopere injuriavit
quapropter citat ad videndum et audiendum ipsis ad Solutionem
Summae Trecentorum Quinquaginta Tyn pro impertata
Siligine Coretorum Triginta et Hordei Coretorum
Quatuordecem ex Bonis Tlubice ad Bona Siemcichy
in Conseminationem agrorum stante ipsius possessio-
ne tenutaria non Conseminat devectis bonificando
hocce non mediocre Damnum per ipsum Illatum
Sententia Judicij praesen Stringi Satisfactionem in
omnibus punctis Contractui subsequendum deman-
dari Summumq Decessum Compensari in Ordi-
neq Omnium fusius in Termino Termini specificandum praeten-
sionum ex emergentia praedictae Tenutae Br Siem-
cichy pullulantium ad hocce Bona Siemcichy pro
ulteriori rei veritatis indagatione assignari Solutio-
nem quoq summae provisionalis pro retroactis Annis
duobus a summa Originali Trium Millium Tyn
in Bonis Chromakowo pro tunc haeren ac pt
M Antonio Bayenski Notario Crem Plocen Cessa
maventis se Acto Juramento Concernen injungi
et id quod Juris erit exequi Caeteraq pro Causae
Legis exigentia Conc Ipsum Statui decerni et
Sententiari praesen Alias Citationibus ejusdem fusius
in se Obloquen in Diem hodiernam Lme Cadenc
et provenien Partibus ipsis utrisq Actorea per
Gsum Jacobum Kesicki Citata simul et Actorea per
Gsum Antonium Malewski Coram Judicio Officij
praesen Comparen et secum Judler Controverten qui-
præmissa obloquen. In diem hodiernam recte ca-
den et devenien Partibus ipsis utrisq et quidem
Actore personaliter, Tandem præfatus Actor coram Ju-
dicio Officij præsen Comparens et Terminum Eand
hodiernum per totum Judicior modernor tractum
legitime attentans, memoratum Citatis ad jus juri-
dice per MRs. Providum Petrum Morzycki de
Płocko authen et Juratum tribus et ultra Juris
formam vicibus quatuor uti ante ita et post offi-
ciosum Arestum tempestive per G. Alexandrum
Wołowski interpositum, et per Judicium Officij
præsen susceptum et connotatum clamatum et vo-
catum non tamen comparentem admittente Judicio
Officij præsen iudicialiter ac officiose condemnavit
ulterioraq sibi per Judicium hocce ea in Causa
fieri et exequi postulavit, Et Judicium præsens
Juri Communi postulationiq Partis actis uti licite
annuendo pœnam Banitionis decrevit, et ad pu-
blicandam Eandem Banitionis pœnam supra-
scrim Mrlem Morzycki Judicialem addidit
et deputavit, Qui Mrlis satisfaciendo Deputa-
tioni suæ, a Judicio præsen habitæ Eandem Ba-
nitionis pœnam ac ipsummet Citatu præsen in
Termino disparentem esse banitum Juri Com-
muni Contrarium et rebellem hic in atrio sta-
bæ Judicialis ac in alijs locis publicationi soli-
tis præsen plurima nobilitate ad Judicia moder-
na

na Forumq publicum congregata alta sua pconcia et sonorosa voce proclamavit publicavit et ad notitiam omnium protunc presentium indubiam deduxit De quo presentem Idem Mrlis è loco publicationi solito suum ad Judicium rediens fecit Relationem. Post quam publicatam (ut premissum est) Banitionis pœnam Judicium Officij presen pro facienda iuxta presentum Juris Communis Executione G. Bartholomæum Goszczycki B. L. P. seu alterum quemvis addidit et deputavit Qui G. Burgrabius additus aut alter quivis requisitus satisfaciendo muneri Officij sui additioniq à Judicio presen habitæ patendo eandem Executionem ad primam Partis Actoreæ requisitionem Decretiq presen exhibitionem facere et peragere debebit et tenebit sub pœnis contra renitentes Officiales Legibus Regni decens. Decreti presen vigore.

Banitus G. Trembinski per G. Lisowska

In Termino hodierno ex Dilatione Anteriori Munimentorum Parti infrascrie Citatæ in Anticactis Judicijs suis recepta et per Judicium Officij presen data et concessa Idq ad sequentes Querelarum Cren Plorem Terminos ut pote modernos, cum Termini in ibidem Contenti legitima Conservatione facta Et hoc in Causa et Actione Judiciaria infrascrta inter Gnosam Dorotheam Zakrzewska primi oll G. Ludovici Trębinski, secundi expost voti oll G. Danielis Lisowski Consortem Relictam viduam Actl ab una, et Gnosum Rochum Trębinski inhærendo Inscriptioni coram Actis authenticis Regni factæ et recognitæ ad Judicium Officij presen parte ab altera Citatl pro Eo. Quatenus ipse Summam Ducentorum Tyrphonum Polonicalt per oll G. Ludovicum Trębinski Fratrem ipsius Germanum Actl modernum Maritum in Bonis Leszczyno et Brochocinko inscriptam

ptam una cum provisionibus persolvat, citaq igitur ad viden-
dum et audiendum ipsum ad persolutionem Eiusq Summae
una cum provisione per Sententiam Judicij Officij praesen-
stringi, Solutionem Summae cum provisione instanta-
neam iniungi, ac id quod Juris et justitiae erit decerni
et Sententiari praesen. Alias Dilatione eaq furius prae-
missa obloquen. In diem hodiernam recte cadenet
devenien. Partibus ipsis utrisq Et quidq Actorea
per G. Franciscum Szulenski Inscrum Plenipoten-
tem. Tandem praefatus Pars actorea coram Judicio
Officij praesen. comparens et Terminum Eundem hodier-
num per totum Judiciorum modernor. tractu legiti-
me attentans memoratum Citatt ad jus juridice per
MRS. Providum Petrum Morzycki de Plocko authen.
et Juratum tribus et ultra Juris formam vicibus
quatuor uti ante ita et post Officiosum Arestum
tempestive per Eundem Mrlem Judicialem Morzycki
interpositum, et per Judicium Officij praesen. Susceptum
et connotatum clamatum et vocatum non tamen com-
paren. in Lucro Solutionis Summae alias in toto seu
pro toto Lucro negotij sui Principalis, admittente
Judicio Officij praesen. iudicialiter ac officiose condemna-
vit, ulterioraq sibi per Judicium hocce eam causa
fieri et exequi postulavit, Et Judicium ~~Officij~~ praesens,
Juri Communi postulationiq Partis actis uti licitae
annuendo in vim eiusdem Lucri legitime hac in
Causa obtenti poenam Banitionis decrevit, Et ad-
publicandam Eandem Suprascrm Mrlem Morzycki
addidit et deputavit, Qui Mrlis Satisfaciendo De-
putationi suae a Judicio praesen. habitae memoratam
Banis poenam ac Eundemmet Citatum praesen. in Ter-
mino disparen. esse banitum Juri Communi Con-
trarium et rebellem, hic in atrio Stubae Judicialis
ac in alijs locis publicationi consuetis praesen. plurima
Nobilitate ad Judicia modema Forumq

publicum

publicum congregata, alta sua preconica et sonorosa voce, proclamavit publicavit et ad notitiam omnium pro tunc presen indubiam deduxit, De quo presen Idem Mrlis e loco publicationi solito suum ad Judicium rediens fecit Relationem. Post quam publicatam (ut prae: missum est) Banitionis poenam, Judicium officij presen pro facienda iuxta prescriptum Juris Com: munis Executione, G. B. C. P. quemvis, qui prius requisitus fuerit facilius vel per Partem actt condu: ci poterit addidit et deputavit, Qui G. Burgrabius quivis exequendo munus officij sui, additioniq a Judicio officij presen habita parendo, Eandem Exe: cutionem ad primam Partis actt requisitionem Deinq presen Exhibitionem facere et peragere debebit et tenebit sub poenis contra renitentes offi: ciales Legibus Regni descriptis. Decreti presen vigore.

Decretum Condescensionis inter GG. Goscicki et Zabowskie

In Causa et actione Judiciaria infrascrta inter GG. Bar: tholomaeum Burgrabium Cren Plocen et Andream Goscickie Fratres inter se Germanos, ott N. Matthiae Goscicki cum ott N. Sophia Zabowska procreatt Filios, tum Antonium et Bartholomaeum Goscickie olim Matthiae Filios, ott vero Nlis Mathiae Goscicki cum ott praefata Zabowska procreatt Ne: potes, quondam ~~olim~~ Nlis Alberti Zabowski cum ott nobili Anna Starczewska nepotes actt ab una, et Nlis Matthaeum Michaelem et Thomam ott N. Francisci Filios ac Helenam de Piączynskie ott N. Jacobi Zabowski Consortem Relictam viduam, atq Stanislaum Eiusdem ott N. Jacobi Zabowski Filium, ac Adamum ott Nlis Alberti Zabowski Filium Fratres inter se Patrueles Zabowskie, B. Zabowo, Ogonowo, Lęgowo atq Go: scice medioevis et Podlesne post ott G. Albertum Zabo

wski

wski cum ob. G. Anna Starczewska progenit. Haeredes
et Possessores inhaerendo maom. ac aliis Documentis Cau:
sam praesen. iuvantibus secundo post obtentam Con:
tumaciae poenam ad Judicium Officij praesen. parte ab al:
tera Citat. idq. pro eo: Quatenus ipsi Summam Do
talem et avialem post ob. N. Sophiam Zabowska ob.
N. Matthiae Gosicki Consortem, modemor. Act. Matre
et aviam concernen. et in se Act. devolut. et hucusq.
non persolut. Eosq. Act. una cum Provisione persol:
vant, aut loco Solutionis Summae Sortem proportio
natam in praesen. Officij competen. exdividant, citant.
igitur ad videndum et audiendum ipsos ad persolutio
nem Summae Dotalis, aut Exdivisionem Sortis Pro:
portionatae Sententia Judicij Officij praesen. stringi,
ac id quod Juris erit decerni et Sententiari praesen.
Alias Citatione eaq. Jusius praemissa enarran. In
diem hodiernam recte caden. et devenien. Partibus
ipsis utrisq., Et quidem Actorea per G. Jacobum Ko
sicki Camerarium Terrestrem Plocen. Plenipotente
Inscrum Citata et Indiente Actorea per N. Adamum
Zabowski suo et alior. Cit. et Indicen. Act. nne praeter.
Coram Judicio Officij praesen. Comparen. Judicium
Officij praesen. decidendo Citationem Partis Actoreae
suum ad Judicium editam, Controverijs Earunae
Partium coram se inductis exauditis, Affectantibus
Partibus necessariam esse Condescensionem G.
Nicolai Kowalewski et Joannis Chmielewski Bcl.
ad Fundum Bonor. Goscice Zabowo Ogonowo et
Lęgowo. seu Sortes inibidem Sit. hocce Judicium
censuit censetq. praesen. Qui G. Burgrabij unius
absentia non obstante mutuo Partium sumptu
conducendi, et Captato tempore praevia de adventu
sui tempestive faciendo avisatione Condescensum
Comportaone

Comportationem Munimentorum et quorumvis documentorum Massam Substantiae ott. SS. alberti Zabowski et Annae Starczewska Coniugum enucleandi inuingent, quibus comportatis consideratis ac Statu Earundem Sortium reviso Dotem de Bonis Paternis et Maternis Partem actu concernentem assignabunt, Solutionemque eius cum Praefixione Termini et rigoris demandabunt, et cui quid et a quo interest pro iusto et aequo adjudicabunt, Satisfactionemque omnimodam praestandam decernent, Partesque pro exigentia Legis Iustitiae et Termini nihil irresolutum relinquendo in universis mutuis Partium interveniendis et praetensionibus finaliter decident et moderabunt, quorum vel Cuius Decisioni Eaedem Partes Parere et acquiescere debebunt et tenebuntur Idque sub poena Banitionis illo in Termino super Parte Contraveniente publicanda Decreti praesentis vigore.

Lucrum ulterioris ex parte N. Sochocki super Nli Bromirski

Iuxta Actum Executionis infrascriptum in Bonis inferius nominandis Officiose per infraspecificatum G. B. C. P. expeditum manuque eius propria subscriptum, Cuius Tenor sequitur talis: Actum in B. Romatowo Feria Quarta post Festum Inventionis Sae Crucis proxima Anno Dni 1756. Coram G. Ioanne Antonio Umienski B. C. P. in praesentia Gsonum ac Nobilium Pauli Myslinski Rochi Cybulski, necnon M. R. I. Providi Martini Gregorzewicz de Villa Zoltowo Magna Authentice et Iurati ad Actum praesentem acclamandum assumpti: Qui quidem G. Burgrabius Castrensis Plocensis Satisfaciendo muneri Officij sui ac additioni a M. Alberto in Mochowo Zoltowski Iudice Crensi Plocensi et Vice Capitaneo

pitaneo Substituto habitae ex requisitione Officiosa Gnosi
Jacobi Sąchocki ob Nlis Josephi Sąchocki Filij Actu
Jurevinien. vigore Condemnationis de Actu eius in Ca:
stro Plocen. in Terminis Querelarum Causarumq Offi:
cij Judicijs ac Causarum Exemptionum una cum con:
tinuatione Anteriorum Causarum in diem hodiernam
incidentibus, Feria Secunda pridie Festi S. Mariae
Magdalenae Anno Domini 1755. super G. Josepho
Bromirski Citato Jurevicto, et cum G. Żołtowski suspen:
sa, et hoc ratione Summae Viginti Sex Tymphor.
per G. Bromirski ob N. Josepho Sąchocki Actu Pa
renti debitae non persolutionis, Processu Causae de
his latiori in se obloquen. obtent. et publicat. ad
Bona Suprascripta, cum Suprascris Nobilibus
ac praedicto Ministeriali condescendit, Jurisdictio
nem suam Officiosam praecustodita prius pace et
securitate publica circa Actus Officiosos praestari solita
fundavit, Partes utrasq tam Actoream Jurevinien.
gm. Citatam Jurevictam ad sui praesentiam praedicto
Mrli acclamare mandavit, Quo in Termino circa
reproductionem Condemnationis superius de Actu
specificatae personaliter Comparens G. Stanislaus Żoł
towski Consors his verbis. Bronię tey Exekucyi
Iż ja o niczym niewiem y Męża w Domu niemasz
impugnavit, et fieri non admisit, qua Impugna:
tione attenta G. B. C. Plocen. ab eadem Executione
supersedit et Causam hanc cum toto Eius effectu
ac Partibus ipsis rursus ad Judicium Officij Castr.
Plocen. unde emersit remisit remittitq praesen.
Terminum Partibus memoratis Utrisq in praeallega
ng

tis Judicijs Castren. Plocen. prius et proximius abhinc in
Castro Plocen. celebrandis sine quavis adcitatione Con
servando comparendi peremptorium. Joannes Anto.
nius Wminski B.C.P. manu propria. In Termino
itaq hodierno vigore praeinsertae Remissionis in diem
hodiernam recte caden. et devenien. Partibus ipsis
Utrisq Et quidem Actorea per G. Franciscum
Szulenski Citata pro interesse G. Stanislai Zołto
wski ac Consortis eius Impugnatricis Bonor.
Romatowa per G. Jacobum Kęsicki C.F. Plocen.
Coram Judicio Officij praesen. Comparen. Quoniam
G. Josephus Brominski praesen. in Termino dispa
ret et se condemnare permittit proinde Judicium
Officij praesen. cum Comparen. Causam praesen. suspen
dit suspensamq esse vult ac declarat ad Convi
ctionem disparen. Quem quidem disparentem
G. Josephum Brominski praefata Pars actorea
coram Judicio Officij praesen. prlitter Comparens et
Terminum Eundem hodiernum per totum Judicium
praesen. tractum legitime attentans memoratum G. Bro.
minski Citatum ad jus juridice per WRG. Providum
Petrum Morzycki de Płocko authen. et Juratum
tribus et ultra Juris formam vicibus quatuor uti
ante ita et post officiosum Arestum tempestive
pro interesse G. Stanislai Zołtowski ac Impugnatr.
per G. Jacobum Kęsicki interpositum et per Ju
dicium Officij praesen. susceptum et connotatum
clamatum et vocatum non tamen Comparen.
in Lucro Ulterioris fortis faciendae Executio
nis alias in toto seu pro toto Lucro negotij
sui principalis admittente Judicio Officij prae
sentis iudicialiter ac officiose condemnavit
Ulterioraq sibi per Judicium hocce eam

Causa fieri et exequi postulavit Et Judicium Officij
praesen Juri Communi postulationiq Partis actt uti
licite annuendo pro facienda iuxta praesen Juris Com
munis ulteriori forti Executione G. B. C. Plocen
quemvis qui prius requisitus fuerit facilius ve per
Partem actt conduci poterit addidit et deputavit
Qui G. Burgrabius Quivis satisfaciendo muneri
Officij sui parendoq additioni a Judicio praesen ha
bitae Eandem Executionem ulteriorem fortem
ad primam Partis actt requisitionem De cnq praesen
exhibitionem facere et peragere debebit et tenebit
sub poenis contra renitentes Officiales Legibus
Regni descriptis. Decreti praesen vigore

Banitus G. Rybicki per G. Rykaczewski.

In Termino hodierno ex Dilatione anteriori Maioris
Parti infrascriptae Citatae in antecactis Judicijs recepta
et per Judicium Officij praesen data et concessa idq
ad sequentes Querelarum Cren Plocen Terminos
ut pote modernos cum Termini in ibidem conten
ti lgtrma conservatione facta Et hoc in Causa
et actione Judiciaria infrascripta inter G. Stanislaum
Kostka Rykaczewski actt ab una, et G. Stephanum
Rybicki inhaerendo Scripto manuali ad Judicium
Officij praesen parte ab altera Citatt idq pro Eo. Qua
tenus ipse Summam Ducentor Tynphor moneta
in Scripto expressa per G. actt ipsi accomodatt,
et per ipsum Eidem G. actori pro vigilia Festi
Nativitatis S. Joannis Baptistae proxime praeterita
ad solvendum assecuratt non tamen exolutam
una cum Summa viginti Tynphor pro bombar
da per ipsum ab actt accepta ac provisionibus
provenien solvat et realiter enumeret Citatt itaq

ad

ad videndum et audiendum ipsum ad Solutionem instan
taneam Eiusdem Summae Sententia Judicij Officij
praesentis stringi, Solutionem iniungi praesentis alias Di
latione eadem fusius praemissa obloquens. In diem hodi
ernam legitime cadens et devenien, Partibus ipsis utrisque
Et quidem actorea per G. Adamum Milodrowski
Plenipotentem Insertum, Tandem praefata Pars acto
rea coram Judicio Officij praesentis per suum Ple:
nipotentem comparens, et Terminum Eundem ho:
diernum per totum Judiciorum praesentis tractum legitime
attentans memoratum Citatum ad jus juridice per
M. R. S. Providum Petrum Morzycki de Ploeko au:
thenticum et Juratum, tribus et ultra Juris formam
vicibus quatuor, uti ante ita et post Officiosum Are:
stum tempestive per G. Joannem Grabia interpositum
et per Judicium Officij praesentis susceptum et connotatum
clamatum et vocatum non tamen comparens in Lucro
Solutionis Summae, alias in toto seu pro toto Lucro
negotij sui principalis admittente Judicio Officij praesentis,
iudiciter ac officiose condemnavit, ulterioraque sibi
per Judicium hocce ea in Causa fieri et exequi
postulavit; Et Judicium Officij praesentis Juri Com:
muni postulationique Partis actae utilitate annu:
endo, in vim eiusdem Lucri legitime hac in Causa
obtenti poenam Banitionis decrevit, Et ad publi
candam Eandem Suprascriptum Mrlem Morzycki
Judicialem addidit et deputavit Qui Mrlis satis
faciendo Deputationi suae a Judicio praesentis habitae me
moratam Bonis poenam ac ipsummet Citatum praesentis
in Termino disparens esse banitum Juri Commu
ni Contranum et rebellem hic in atrio Stubae Judi
ciali;

cialis ac in aliis locis publicationi solitis praesentibus plu-
rima nobilitate ad Judicia moderna forumque pu-
blicum congregata, alta sua praeconica et sonorosa
voce proclamavit publicavit et ad notitiam omnium
protunc praesentium indubiam deduxit. De quo prae-
sentem Idem Mrlis eloco publicationi solito suum
ad Judicium rediens fecit Relationem Post quam
publicatam Bonis poenam Judicium Officij praesentibus
pro facienda iuxta praesentem Juris Communis Exe-
cutione Causam hanc cum toto Eius Effectu ac Par-
tibus ipsis ad M. Loci Capitaneum seu MM. Locorum
Capitaneos sub cuius vel quorum Jurisdictione
praefatus Citatus cum Bonis suis residet et Comi-
stib remisit remittitque praesentibus Decreti praesentibus vigore

Lucrum ultimariae ex parte N. Zorawski
super G. Charzynski

Juxta Actum Executionis infrascriptum in Bonis infe-
rius nominandis Officiose per infraspecificatum S. Bl.
Plocen expeditum manuque eius propria subscriptum cuius
Tenor sequitur talis. Actum in Fundo Bonorum
Kowalewo Podborne Sorteque G. Antonij Kowalski
Citati Feria Quinta post Dominicam Conductus
Paschae proxima Anno Domini 1756. Coram G.
Adamo Milodrowski B. C. P. in praesentia Gnosorum
Stanislai Rudowski, Joannis Koskowski necnon
MRG. Honesti Gregorij Rokiecki de Bronowo Ar-
thentici et Jurati Actum praesentem acclamarunt, Qui
quidem S. Burgrabius Castren Plocen insistendo
additioni sui ab Officio Cren Plocen habitae ex
requisitione officiosa G. Feliciani Zorawski actum
ad B. in actu contenta condescendit, Jurisdictionem
officiosam fundavit, ac post Partes ad sui Compa-
ritionem praedicto Mrli acclamare incurrit Quo

in Termino

in Termino personaliter Comparens G. Joannes Kos:
kowski a parte destinatus Plenipotens reproduxit
Condemnationem in Lucro ulterioris peragendae
Executionis in Castro Plocen. Feria Secunda pri
die Festi Sanctae Mariae Magdalenae Anno pro:
xime elapso ratione viginti Septem Florenorum Pol.
pro adoribus ab Actore per G. Charzynski ac:
comodatis, ex Summa eidem G. Charzynski ibidem
servien. non solutionis super Gsis Antonio Ko
walewski et Charzynski obtentam et publicatam
vigore cuius petijt Executionem fieri, Cuius affe
ctationi Officium praesens annuendo Executionem
peragere voluit, Verum quoniam ex adverso praeter
Comparens G. Antonius Kowalewski Citatus his
formalibus. Ja Panu Charzynskiemu wszystkie
oddałem summę niewinnie Jm P. Zorawski domnie
Exekucyą sprowadza impugnavit, Qua attenta im.
pugnatione ac eo attento quod nondum sufficienter
processus est perductus Officium praesens Executoria
le rursus Causam ad Judicium Officij Castren. Plo
cen. unde emersit, Conservando Partibus in Judicijs
prius et proximius incidentibus Terminum Compa
rendi peremptorium, remisit remittitque praesen. De.
creti Executorialis vigore. Adamus Milodrowski
B. E. P. manu propria. In Termino itaque hodiernae
vigore praeinsertae Remissionis in diem hodier
nam legitime caden. et devenien. Partibus ipsis
utrisque Et quidem Actorea per G. Jacobum K
sicki Camerarium Terrem Plocen. Citata pro in
teresse G. Antonij Kowalewski per G. Antonium

Sexternio 5tus

Chmielewski Coram Judicio Officij praesen comparen Quo
niam G. Sigismundus Charzynski praesen in Termino
disparet et se Condemnare permittit, Proinde Cau-
sam praesen hocce Judicium suspendit Suspensam
que esse vult ac declarat, ad Convictionem dispa
rentis, quem Quidem disparen G. Charzynski
praefata Pars Actorea coram Judicio Officij praesen
per suum Plenipotentem Comparens, et Terminum
Eundem hodiernum per totum Judicior praesen tra-
ctum legitime attentans memorat Citat G. Cha-
rzynski ad ius iuridice per MRS. Providum Petrum
Morzycki de Płocko Authen et Juratum tribus
et ultra Juris Formam vicibus quatuor uti ante
ita et post Officiosum Arestum tempestive per G.
Antonium Chmielewski interpositum et per Judicium
Officij praesen susceptum et connotatum clamatum
et vocatum non tamen Comparen, in Licero Ulti-
mariae Fortis Finalis ac indilatae Faciendae Exe-
cutionis alias in toto seu pro toto Licero negotij
sui principalis admittente Judicio Officij praesen iu-
dicialiter ac officiose condemnavit, Ulterioraq sibi
per Judicium hocce ea in Causa fieri et exequi
postulavit, Et Judicium praesens Juri Communi
Annuendo pro Facienda iuxta praesentem Juris Com-
munis Ultimaria Forti Finali ac indilata Exe-
cutione G. Adamum Milodrowski B. C. Ploczen
addidit et deputavit Qui G. Burgrabius exe-
quendo munus Officij sui parendoq additioni
a Judicio praesen habitae Eandem Executionem
Ultimariam Fortem Finalem ac indilatam ad
primam Partis Actae requisitionem Decrq praesen

exhibitum

Exhibitionem non obstantibus quibusvis Iurium oppositionibus facere et peragere debebit et tenebit sub pœnis Contra renitentes Officiales Legibus Regni descriptis. Decreti præsentis vigore.

Dilatio Inquisitionis inter Gsos Strusinskie et Pęszyńskie

In Causis et Actionibus Iudiciarijs infrascriptis binis, prima quidem inter Gsos Petrum Strusinski et Rosaliam Gutowska invicem Coniuges Et quidem Consortem in Assistentia Mariti Actæ ab una, et G. Paulum Pęszynski inhærendo Provon coram Actis Authen Rnu facta secundo post obtentam Contumaciæ pœnam ad Iudicium Officij præsen parte ab altera Citatæ pro Eo: Quia Laboriosus Josephus de B. Pęszynko Subditus Ipsius hæreditarius cum L. Anna Consorte sua, formato quodam contra se Actæ odio et rancore, ausus est L. Martini L. Evæ Actæ Subditæ hæreditariæ nupti res varias, eorundem Martini et Evæ propriæ, ac etiam per Gsos Actæ in iuramen ipsi datas ad se suscipere, et apud se conservare, cum Eisdemq Martino et Eva Conniventiam habere, Præfatosq Subditos Martinum et Evam ex B. Pęszyno cum alijs rebus ac prole Educere, ac in fugam Subministrare et expedire, Statuitionemq et extraditionem Præfator Subditor non curare, perinq damnum non mediocre Actoribus inferre, Canem et optimum Custodem familiaris domesticæ Actæ proprium veneno afficere et necare, et hoc in puncto iniuriam non postremam causare, ipse vero G. Paulus Pęszynski iustitiam de Eisdem Subditis suis licentiosis non administravit, itaq citatus pro Statuitione Eorunq Laboriosor Josephi et Annæ Subditor ipsius licentiosor ut Statuitionem et extraditionem LL. Martini et Evæ Actæ Subditorum cum prole et rebus curent.

Actoribusq extradant atq pro pœnis respectu eductionis, Ca-
nis veneno infectionis, et exinde exhalationis Causa ex-
titionis, etiam super ipso ex re non administratæ iustitiæ
irrogandis, Compensatione Carentiæ laborum, ab eisdem
Subditis eductis præstari solitor et quarumvis Iniuriarum
præsens citantur. Tum quoq altera inter Gsum Paulum
Pęszyński Bonorum Pęszynko totalium et Pęszyno
magna Sortium Hæredem Actis ab una, et Gsos Petrum
Strusinski et Rosaliam Gutowska Parentes Coniuges
et Josephum Strusinski Filium Dominos, tum Labo-
riosos Albertum, Stanislaum Franciscum et Lucam
de Bonis Pęszyno Subditos ipsi. Et quidem Mariti
tam Consortem, cum Mariti Subditos vero cum Dominor autho-
ritatibus et assistentijs inhærendo Prvoni coram Actis
Authen Rni Factæ. Secundo post obtentam Contumaciæ
pœnam ad Iudicium Officij præsens parte ab altera Actis
ex eo. Quia ipsi contra Iura vicinitatis procedendo,
nec pœnas ratione infrascrorum minime verendo, ausi
sunt, non solum ipsi Gg Strusinscy Domini venim
et Subditi in Actis Campis damna quamplurima in-
frumentis et pratis ac Hortis per deliberatam Inven-
tariorum impulsionem ab Annis plus quam decem in-
ferre, Subditos Actis hæreditarios opprimere, concutere at-
tentare, et appromittere, pascua virtute Possessionis
secum Actis habitæ denegare, L. Josephum Actis Sub-
ditum sæpe numero infestare, et omnino expellere Co-
nari, sylvas excindere, Tumq præfati Subditi sæpi-
menta Comburere, per Dnos vero iustitiæ de eisdem
licet si per Actis avisati et requisiti fuerint nolle ad-
ministrare, insuper suem exhalatam in hortophorium
Actis, Summumq opprobrium per duos Nles injicere,
aliasq permultas exorbitantias, iniurias damna et op-
pressiones in Interrogatorijs futuro in Termino porri-
gendis specificandas omni Inquisitionum genere præbandæ

peragere

peragere, et perpetrare, per quae praemissa Leges Eorum transgressi sunt, poenasq. exinde emergentes succubuerunt, pro quibus super ipsis decernendis, ac nihilominus pro bonificatione Damnorum, licet si visionem non sunt obducta Inquisitione tamen Omnimoda probabuntur, Compensatione quarumvis iniuriarum et damnorum per sententiam Judicij Officij praesentis ipsos stringi, Caeteraq. pro Causae huius et Termini ~~huius~~ exigentia contra ipsos statui decerni et sententiari praesentes citantur. Alias Citationibus Eisdem Utrisq. Jusius praemissa enarrantur, In diem hodiernam recte cadentes et devenientes Partibus ipsis Utrisq. Et quidem Actorea per Gnum Petrum Strusinski suo et Consortis suae nomine personaliter. Citata simul et actorea per N. Paulum Rzeszynski Coram Judicio Officij praesentis Comparentes et secum Controvertentes, Judicium Officij praesentis Decidendo Citationes Partium Utrarumq. ac Combinatis Earum Actoratibus et reatibus Controversijs mutuis Partium coram se inductis exauditis, Suspensa Statuitione L. Josephi Subditi G. Rzeszynski ratione Eductionis Subditorum suorum per actoream Partem G. Strusinski inculpati, ad affectationem Partis Citatae simul et Actoreae Gnosi Rzeszynski hocce Judicium dedit et concessit Dilationem Inquisitionis Parti Utriq. et in utroq. Actoratu super Contenta Citationum et Protestationum Utrarumq. Partium super Contenta Citationum et Protestationum Utrarumq. Partium ad sequentes Querelarum Crem Plocen Terminos post Festum S. Jacobi Apostoli incidentes Conservando Terminum Partibus memoratis Utriq. in praeallegatis Judicijs suis sine quavis adcitatione comparendi peremptorium. Quem L. Josephum ad reservationem Inquisitionum G. Rzeszynski statuere

tuere tenebitur sub onere Causæ. In Continenti M.R.G. Providus Petrus Morzycki de Płocko Authen. et Juratus palam recognovit Quia ipse Citatos Literales Sigillatas pro Terminis præsen. servien. editas contra præfatos Citatos Et quidem contra G. Pęszyński ad B. Pęszynko, Feria Quarta post Dominicam Conductus Paschæ contra vero GG Strusinskie ad B. Pęszyno magna Feria Quarta post Festa Solennia Paschæ proxime præteritis Anno præsen. tum et Eanim primas ex quibus pœnæ Contumaciar. sunt obtentæ, tempestive ante obtentionem illarum in una integra Septimana detulit exportavit posuit reliquit et de positione notificavit. De quo præsen. Idem Mrlis fecit Relationem. Et hic subinde Idem qui supra Mrlis recognovit Quia ipse habitis Jecum Nlibus Mathia Kowalewski et Francisco Miszewski gratia maioris Testimonij sibi adhibitis, ex requisitione officiosa Suprascrip. GG Strusinskich Coniugum fuit in B. Pęszynko iuxta datam in Relatione eorum Citationis positam et ibidem Condescendens Laboriosum Josephum cum Consorte, ex ratione per Eosdem Laboriosorum Martini et Evæ in fuga expeditionis, rerum apud Je Conservationis, apud Eunæ Gsum Paulum Pęszynski pervenit arestavit et de detentione ad decisionem Causæ monuit. De quo Eiusdem Mrlis Relatio.

Banitus G. Czachorowski per Gsum Mossakowski B.C. Plocensem

In Causa et Actione Judiciaria infrascripta inter Instigatorem Judicij Officij præsen. Eiusq. Delatorem G. Laurentium Mossakowski B.C.P. Act. ab una, et G. Antonium Czachorowski inhærendo Officioso Aresto in Summa apud Famatum Sigismundum Czarniak hic Plociæ in Jurisdictione Capitaneali

manen.

manent. posito ac prvonibus suis contra ipsum Authentice
factis, Secundo post obtentam Contumaciae poenam ad Ju-
dicium Officij praesen. parte ab altera citatt. pro Eo: Quia
ipse nulla habita ad actt. pretensione et occasione, pri-
mo Actt. hic Plociam advenien. oppressit, laesit, diffama-
vit, Equum Actt. proprium nulla ex ratione ex hospi-
tio intercepit, interceptumq. vix ad amicabiles requi-
sitiones restituit. Secundario vero Famulum ag-
grestem per Actt. huc Plociam missum in via pu-
blica cuiq. libera coassumptis varijs Personis de
nominibus et cognominibus ad praesens ignotis op-
pressit. concussit, Equos ex Curru intercipere voluit
ac post in Foro Civitatis Eiusdem Plocien. publice
Actt. diffamavit, dishonoravit, verbis laesivis hono-
ri nobilitari nocivis affecit, plurimaq. damna
in varijs rebus Actt., ac alijs in vicinitate existen.
modo illicito, /: quae ipsi Inquisitione probabunt :/
stante possessione ipsius in B. Ramutowo Actt.
haereditt. intulit, exinde contra Leges Regni proces-
sit, poenasq. eadem lege descriptas succubuit ideo
praesen. citatur ad videndum et audiendum senten-
tia Judicij Officij praesen. ipsum stringi, et id quod
Juris et Justitiae erit decerni et sententiari praesen.
alias Citatione eadem Fusius praemissa edisseren.
In diem hodiernam recte caden. et devenien. Par-
tibus ipsis utrisq. Et quidem Actore G. Lauren-
tio Mossakowski B. C. P. personaliter. Tandem
praefatus Actor coram Judicio Officij praesen. pr. liter
comparens, et Terminum Eundem hodiernum
per totum Judicior. praesen. tractum legitime
attentans, memoratum Citatum ad jus jurisdic.

per

per M.R.G. Providum Petrum Morzycki de Płocko
Authenticum et Juratum tribus et ultra iuris formam
vicibus quatuor uti ante ita et post officiosum arestum
tempestive per Eundem Mrlem Judicialem Morzycki
interpositum et per Judicium Officij praesens Susceptum
et connotatum clamatum et vocatum non tamen Com-
parentem admittente Judicio Officij praesens judicia-
liter ac officiose condemnavit, Ulterioraq sibi per
Judicium hocce ea in Causa fieri et exequi postu-
lavit, Et Judicium Officij praesens Juri Communi
postulationiq Partis Actae uti licitae Annuendo pae-
nam Bnis perpetuae decrevit praesentibusq decernit,
Et ad publicandam Eandem Suprascriptum Mrlem
Morzycki addidit et deputavit, Qui Mrlis satis
faciendo Deputationi suae a Judicio praesens habitae
memoratam Bnis perpetuae poenam ac Eundem
met Citatum esse banitum Juri Communi Con-
trarium et rebellem, hic in atrio Stubae Judicia-
lis ac in aliis locis publicationi solitis praesens plu-
rima nobilitate ad Judicia moderna formiq
publicum congregata, alta sua praeconia et sono-
rosa voce proclamavit, publicavit et ad notitiam
omnium protunc praesens indubiam deduxit. De quo
praesens Idem Mrlis e loco publicationi solito suum
ad Judicium rediens fecit Relationem. Post-
quam publicatam (ut praemissum est) Bnis pae-
nam Judicium Officij praesens Causam hanc
cum toto eius effectu ac Partibus ipsis ad M.
Loci Capitaneum seu mm. Locorum Capitaneos
aut Eorum loca tenentes sub Cuius vel quorum
Jurisdictione praefatus Citatus cum Bonis suis

residet

residet et consistit, remisit remittitq. praesen. In Continenti Suprapositus Mrlis Morzycki palam recognovit, Quia ipse Citationem Literalem Sigillatam pro Terminis praesen. servien. edit. contra praefatum Citatum ad Gazam hic Plocae existen. Famati Sigismundi Czarzniak propriam, Summamq. ibidem Eiusdem Gnosi Czachorowski Citati haerentem Feria Secunda post Dominicam Ramis Palmarum Quadragesimalem proxime praeterita Anno praesen., tum et Eius primam ex qua poena Contumaciae est obtenta tempestive ante obtentionem illius in una integra septimana detulit exportavit posuit, reliquit, et de positione notificavit. De quo praesen. Idem Mrlis fecit Relatione.

Dilatio Munimentorum inter GG. Malanowskie et M. Mlicki E. Plocen.

In Causa et actione Iudiciaria infrascripta inter Gnos Mathiam et Rosaliam de Grotkowskie Coniuges Malanowskis Et quidem Consortem in Assistentia Mariti actu ab una, tum M. Josephum Mlicki Ensiferiae Plocen. Bonor. Grotkowo Zawisze Haeredem inhaerendo Cessionibus ac aliis documentis Causam praesen. iuvan., secundo post obtentam Contumaciae poenam ad Iudicium Officij praesen. parte ab altera Citatu pro Eo. Quatenus ipse Contractum Resignatorium inter olim M. Martinum Florianum Mlicki Parentem ipsius actu una, ac nle. Stanislaum Grotkowski Albertum Kondracki, Adamum Petrykowski respectu B. Grotkowa Sędzice conscriptum apud ipsum existen. in instanti comportet quo

comportato Summam Ducentor Tynphinor Polonicalis
per olim G. Magdalenam Grotkowska Zahaei Filiam
pro pretio Bonor Grotkowa Zawisze ob m Parenti
ipsius resignat, aequali Jure erga olim G. Sophiam
de Grotkowskie Brudnicka Sororem germanam con
cernen Contractu Resignatorio per olim Nles Sta
nislaum Grotkowski Albertum Kondracki, Adamum
Petrykowski reservatam, ac post Illm Rndo Nico
lao Dąmbrowski Parocho Mochovien per G. So
phiam de Grotkowskie Brudnicka post stentem
decessum pdictae olim G. Magdalenae Grotkowska
transfusam, per saepefatum vero R. Dąmbrowski
Actrici Consorti pcommissam et in B Grotkowo
adhucusq tempus haerentem solvat citat igitur
ad videndum et audiendum ipsum ad Comporta
tionem instantaneam Contractus Resignatorij Sen
tentia Judicij Officij pren stringi Solutionem
Summae cum provisione provenien iniungi ac quod
Juris erit sententiari pren alias Citationeae
Jusius pmissa obloquen. In diem hodiernam
recte caden et devenien Partibus ipsis utrisq Et quidem
Actorea per nlem Matthaeum Malanowski suo et Con
sortis suae nomine personaliter. Citato M. Josepho
Mlicki Ensiferiae Plocen per G. Jacobum Kęsicki
Cameranum Terrem Plocen Inserum Plenipotentem
Coram Judicio Officij pnesen Comparen et Jecum
controverten, Judicium Officij pnesen Decidendo Cita
tionem Partis Actoreae Controversijs Partium coram
Je inductis exauditis ad Affectationem Partis Citt
hocce Judicium dedit et concessit Dilationem ad mu
nimenta Causam pren impugnan ad sequentes tue
relarum Cren Plocen Terminos post Festum S. Jacobi
Apli

Apostoli incidentes Conservando Terminum Partibus memoratis utrisq in pallegatis Judicijs suis sine quavis adcitatione comparendi peremptorium, pro quo Termino in Sequentibus Eisdem Judicijs inciden Eadem Pars Citata Contractum Resignatorium Sortium Grotkowa pro Cuius Comportatione convenit comportare tenebit idq sub Succubitione in Causa. In Continenti MRS. Providus Petrus Morzycki de Płocko Authen et Juratus palam recognovit Quia ipse Citatt Literalem Sigillatam pro Terminis pren servien edit contra pfatt Citt. ad B. Grotkowo Zawisze Feria Quarta post Dnicas Conductus Paschae proxima Anno pren tum et eius primam ex qua pena Contumacie est obtenta tempestive ante obtentionem illius in una integra septimana detulit exportavit posuit reliquit et depositione notificavit De quo presen Idem Mrlis fecit Relationem

Decretum Comprobationis inter Nobiles Tański et Smoleński

In Causa et Actione Judiciaria infrascrta inter Mles Theodorum Tański et Cathannam Smoleńska Coniuges et quidq Consortem in Assistentia Mariti Actt ab una, et N. Josephum Smoleński inhaerendo Prvoni ac alijs Documentis Causam pren suffragan ad Judicium Officij presen parte ab altera Citatt pro Eo. Quatenus ipse Summam Quindecim Tymphonum a se Actt accomodatt, ad Compactum verbale coram Judicio Officij presen, in instanti persolvat, Siliginis hyemalis trium Partium Coreti restituat, prameam ab Actt accomodatt valoris viginti quinq Tymphonum per ipsum fractam restituat, aut valore

Eiusdem Fraemeae persolvat, pro quo citatur ad viden
dum et audiendum pro satisfactione praemissorum
omnium Sententiae Judicij Officij praesen ipsum
stringi, et id quod Juris et iustitiae erit decerni
statui et sententiari praesen, alias Citatione eadem
latiori in se existen, In diem hodiernam recte
caden et devenien, Partibus ipsis utrisq et quidem
Actore personaliter Citato et Indicente N. Josepho
Smolinski per Gsum Antonium Chmielewski
coram Judicio Officij praesen comparen et Jcus
controverten, Judicium Officij praesen decidendo
Citationem Partis actae suum ad Judicium editam
Controversijs Partium coram se inductis exauditis
suspensa decisione Causae praesen hocce Judicium
sententiavit, praesentibusq sententiat, quatenus Com
probet Actor realitatem praetensionis suae, iuxta Conten
ta Citationis et prout nihil Citato id Actor debet
et ideo ad satisfactionem praetensionis ipsius ei tenet
itq in sequentibus Querelarum Oren Ploren Termi
nis post Festum S. Jacobi Apostoli incidentibus
conservando Terminum Partibus memoratis utrisq
in pallegatis Judicijs suis sine quavis adcitatione
comparendi peremptorium. In Continenti MRSP.
Petrus Morzycki de Plocko Authen et Juratus pa
lam recognovit Quia ipse Citationem Literalem
Sigillatam pro Terminis praesen servien editam contra
praefatam citatam ad Ps. Chmielewo maior Feria Ter
tia post Dnicam Ramis Palmarum proxime prae
terita Anno praesen detulit exportavit posuit reliquit
et de positione notificavit De quo praesen Jdem Mrlis
fecit Relationem. ac Indictionis Partis Citatae.

Dilatio Inquisitionis inter Gsos Mo.

Dlinskie

583

dlinskie et M. Suchecki D. Vielunen.

In Termino hodierno ex Dilatione Anteriori Maioris Parti infrascriptae Citatae videlicet M. Suchecki in anteactis Judicijs suis recepta, et per Judicium Officij praesentis data et concessa idque ad sequentes Querelar. Cren. Plocen. Terminos ut poté modernos cum Termini in ibidem contenti legitima Conservatione facta, Et hoc in causa et actione Judiciaria infrascripta inter GG. Petrum Modlinski et Cunegundam de Sękowskie primi actis G. Alberti Mistowski, secundi ad praesens voti invicem Coniuges, et quidem Consortem in Assistentia sui Mariti Actis ab una, et M. Ignatium Suchecki Dapiferum Vielunen. B. Oppidi Drobin cum attinentijs Tenutarium Possessorem Dominum, tum Honestos Carolum Lignifabrum de Oppido Drobin ac Agnethem invicem Coniuges in Assistentia Domini sui, inhaerendo Praevoni ac Officioso Aresto coram actis Authen. Rnis facti et recognitis, secundo post obtentam Contumaciae poenam ad Judicium Officij praesentis parte ab altera Citatis idque pro Eo, — Quia ipsi singulariter Honesti Carolus Lignifaber ac Agnes Consors, adhibitis sibi alijs complicibus Actis in Oppido Drobin Causa necessitatis suae praeventos, in Praetorio eiusdem Civitatis existentis nulla vel minima ad Actis habita praetensione, oppresserunt, converberarunt, infestarunt, vestes dislacerarunt, praenimiaque Concussione et oppressione G. Modlinska Consorti Actrici abortum causarunt, ipse vero M. Suchecki Eisdem omnem licentiam concessit, locoque alterius ex Eisdem licentiosis hominibus satisfactionis Actis laesit diffamavit

mavit, exindeq contra Leges tam Divinas quam hu:
manas processerunt, poenasq exinde emergentes pro
meruerunt, et in se traxerunt, aliasq plurimas violen
tias, oppressiones in Interrogatorijs exprimendas et
omni Inquisitionum genere probandas et deducendas
peregerunt et perpetrarunt, pro quibus praemissis prae
sen citantur ad videndum et audiendum ipsorra
tione praemissorum poenis condignis puniri, Statui
tionem praefatorum Lignifabrorum assignari, poenas
super Statutis irrogari, ac seorsivas super M.
Suchecki ratione Eorundem in rigore non tentionis
decerni, ac id quod Juris erit contra ipsos statui
et sententiari praesen Alias Dilatione Eadem fu
sius praemissa obloquente. Tum quoq ex Ci:
tatione Literali Castren Capitt Plocen cuius
Tenor sequitur talis. Stephanus à Dembowa Góra
Dembowski Plocen Plonscen Tymbarien etc Capitaneus.
Vobis Gnosis Petro et Cunegundae de Sykowskie invicem
Coniugibus Modlinskim de Personis Bonisq vestris
generaliter omnibus vigore Regio et Nostra quo hac
in parte fungimur Capitaneali authoritate mandamus
ut in Terminis Querelarum Causarumq Officij Judicijs
Feria Secunda prius et proximius ab hinc in Castro
Plocen celebrandis personaliter ac peremptorie compa
reatis ad Instantiam M. Ignatij Suchecki Dapiferi
Vielunen B. Drobin Possessoris Tenutarij et Nobilis
Fabiani Oyrzynski Eorundem Br Administratoris
atq Honestorum Caroli et Agnethis Coniugum de
Bonis Drobin Lignifabror Actt Qui vos et quidem
Honesti Lignifabri cum Domini sui, te quoq Mari
tatam Citata cum mariti Tui Authoritatibus et assi
stentijs secundo post obtentam Contumaciae poenam
inhaerendo Provoni Authentice factae Citant idq pro Eo:

Quia

Quia vos in Contrarium Legum Rni procedendo, nulla
~~Gtis~~ ratione Se Honestos Lignifabros Actt nullius Culpae Con:
scios, quinimo iniuriatos, loco extradendar rer mobi
lium: iako to Swidrow Dlutow, Siekier, Toporow,
Pil Klamrow, y innych Ciesielskich rzeczy do tego
Kunsztu należących, formato vobis quodam Pretextu
Protestatione citatione circumscripsistis, irrealia
que Inquisitione indeducibilia obiecistis, perinde
rebus suprascris Actt proprijs vitam suffragantibus
per rationem apud vos detentionis, non postremum
Damnum Causastis, et intulistis, se vero Actt M. Su:
checki Dapiferum vielunen pro tunc Domi absentem
longeq remotum, tam Protestatione vestra quam
Termino Pretextuoso Crudo Calamo scripto indeduci
bilia in se Complecten honorem Intaminatum Carpen
circumscripsistis, poenasq ratione Circumscriptionis
Intaminati honoris succubuistis, Pro quibus super
vobis tam ex re, sibi Actt Honestis Lignifabris
illator Damnor et aliorum improbabilium obie
ctorum, quam sui Actt M. Suchecki indebite circum
scriptionis poenis seorsive decernendis, praesen Cita
mini ad videndum et audiendum Protestationem
vestram Gg Modlinscy indebite factam honorem
Intaminatum carpentem ex Actis eliminandam
censeri, poenas pro qualitate facti et dementi distin
ctim irrogari restitutionem rerum, ac Compensatio
nem Damnor quorumvis demandari secundum quod
Juris et iustitiae erit per Sententiam Judicij Nostri
decerni ac Sententiari praesen Sitis Termino adve:
nienti pariturri et iudicialiter responsuri Datt in Ca
stro Plocensi Feria Quinta post Festa Solennia
Paschae proxima Anno Domini 1756. In diem
hodiernam recte caden et devenien Partibus ipsis
utrisq Et quidem Actorea per Gsum Petrum

Modliński suo et Consortis suae nomine personaliter
Citata simul et Actorea per Honestum Carolum Lo-
gnifabrum Civem Drobinen in Assistentia Gnosi Jo-
annis Grabia personaliter pro interesse M. Suchecki
Citati simul et Actoris per Eundem G. Grabia Co-
ram Judicio Officij praesen comparen et secum
Controverten Judicium Officij praesen Decidendo
Terminum Partis originaliter Actoreae suum ad
Judicium edit Controversijs Partium coram se indu-
ctis exauditis sententiavit, praesenq sententiat qua-
tenus satisfaciat M. Ignatius Suchecki Venator
Vielunen Dilationi maioris ipsi in anteactis Ju-
dicijs receptae idq in instanti, Et quoniam satisfe-
cit, proinde Partibus experiri mandavit, in expe-
rimento Controversijs Partium coram se inductis
exauditis Combinatis Actoratibus et reatibus Par-
tium ad affectationem, Partis originaliter actoreae
hoc Judicium dedit et concessit Dilationem In-
quisitionis Parti utriq in utroq combinati actoratu
super contenta Citationum et Prodcnu Utrarumq Par-
tium ad Sequentes Querelarum Cren Plocen Termi-
nos post Festum S. Jacobi Appli incidentes. Con-
servando Terminum Partibus memoratis utrisq
in pallegatis Judicijs suis sine quavis adcitatione
comparendi peremptorie. In Continenti MRS Provi-
dus Petrus Morzycki de Płocko Authen Juratus
palam recognovit Quia ipse Citatis Literalem sigill
pro terminis praesen servien edit contra praefat Cit
ad B. Ignacewo Feria Sexta post Festa Solennia
Paschae proxima Anno praesen tum et Eius primam
ex qua poena Contumaciae est obtenta tempestive
ante obtentionem illius in una integra Septimana
detulit exportavit posuit

585

Dilatio Inquisitionis inter G. Unierzyski et M. Ubysz.

In Termino hodierno ex Dilatione Anterior Maioris Parti infrascriptae Citatae ‡ in anteactis Iudicijs recepta et per Iudicium Officij praesentis data et concessa idq ad sequentes Querelarum Creditorum Plorentium Terminos ut pote modernos cum Termini in ibidem contenti legitima conservatione facta Et hoc in causa et actione Iudiciaria infrascripta inter Instigatorem Iudicij Officij praesentis Eiusq Delatores Gnos Simonem Unierzyski et Valentinum Machczynski actorum ab una, et M. Albertum Ubysz Venatoriae Plorentium Dominum, Tum Honestum Albertum Ovillatorem antehac in Bonis Drozdowo Piekuty, nunc in B. Niedarzyno eiusq Mfcum Ubysz haeredum Commanentium, necnon Laboriosos Petrum Simonem Fratres inter Je germanos Krawczaki, Albertum, Valentinum Jendrzeiaki, Franciscum, aliosq ad praesens de nominibus et Cognominibus ignotos, post quam tamen innotuerint in ulterior gradu juris specificandos, de B. Iisdem Niedarzyno subditos excessivos mandata Domini sui exequentes, Deniq G. Albertum Drozdowski Et quidem Subditos in assistentia Domini sui, inhaerendo, Provoni ac vulnerum Obductioni, ac Officioso Aresto coram actis Authentici inscripti, Secundo post obtentam Contumaciae poenam ad Iudicium Officij praesentis parte, ab altera Citatis ideo. Quia ipsi postpositis Legibus et Constitutionibus Rni, imo ijsq vilipensis ausi sunt temereq praesumpserunt, tempore certo in Protestatione expresso, Et quidem Subditi et Ovillator primo actu in Campis Bonorum Drozdowo praeventos et Domum suam proficiscentes nulla de Causa opprimere, baculis praegrandibus concutere, et vix semivivos (: nisi fuga salvassent :) relinquere, vulnera in Obductione specificata infligere verbis scommaticis et opprobrijs honori nobilitari noci

vis

‡ videlicet M. Ubysz.

vis afficere, diffamare, pecuniae Quadraginta Tyn-
phonum, pileum, Frameam, ac alias res ad Epiphiam
necessarias seorsivo Regestro specificatas intercipere,
Jam vero per Dominos Eorundem Subditorum tam per
officium Ubysz quam Gsum Drozdowski Ovillatorem
protunc in servitio existentem nunc modo apud supra
fatt. m. Ubysz commorantem in rigore tenere, imo omnem
licentiam concedere, Justitiam de Eisdem supraspe
cificatis Subditis et Ovillatore, non administrare, ali
asq. plurimas violentias, oppressiones omni Inquisi
tionum genere probandas et Interrogatorijs exprimen
das perpetrare, per quod contra Leges Rni excesserunt
poenasq. exinde emergentes quisq. pro qualitate facti
et quidem m. Ubysz venatoriae Plocen. et G. Drozdo
wski Poenas personales et Crimenales ex re suprascriptae
Subditorum in rigore non tentionis imo omnis licentiae
concessionis, iustitiae non administrationis, Jam vero
~~per~~ Subditi et Ovillatorem Officioso Arresto praeventi seor
sivas poenas in Personis Eorum extendendas succubuerunt
et in se traxerunt, Nihilominus pro statutione saepe
mentionatorum Subditorum et Ovillatoris inculpatae citantur praesentes
alias Dilatione eadem fusius praemissa obloquentes Indiem
hodiernam recte cadentes et devenientes Partibus ipsis utrisq.
Et quidem Actorea per G. Simonem Unierzyski suo et
aliorum actorum nomine praeliter. Citata pro interesse G. Alberti
Drozdowski per G. Joannem Chmielewski pro interesse
caeterorum Citatorum per G. Joannem Draminski Coram
Judicio Officij praesentem Comparentem et Jecum controver
tentem, Judicium Officij praesentem sententiavit praesentibusq.
sententiam quatenus, Satisfaciat Citatus m. Albertus
Ubysz venatoriae Plocen. Dilationi Maioris ipsi in an
teactis Judicijs receptae idq. in instanti Et quoniam
satisfecit Proinde Partibus Idem Judicium experiri
mandavit mandatq. praesentem, In Experimento Controver
sijs. Earumque Partium Earumque coram se inductis exau
ditis Decidendo Terminum Partis actae.

ditis ad affectationem Partis actt hocce Judicium de
dit et concessit Dilationem Inquisitionis Parti utriq
super Contenta Citationis et Protestationis Partis
actt ad Sequentes Querelar Cren Plocen Terminos
post Festum S. Jacobi Apli incidentes, Conservan:
do Terminum Partibus memoratis utrisq in pp alle:
gatis Judicijs suis sine quavis adcitatione compa:
rendi peremptorium. Decreti psentis vigore.

Dilatio Inquisitionis inter Gsos Grzy bowski et Rosciszewskie

In Causis et Actionibus Judiciarijs infrascrs binis, prima
quidem inter Instigatorem Judicij Officij psen Eiusq
Delatores NN. alexium Grzybowski et Hedvigim Kol
czynska Coniuges et quidem Consortem in assistentia
Manti actt ab una, et Gsos Danielem Rosciszewski
Petrum Włoczewski ac Consortes ipsor in assistentijs
Eorum inhaerendo Protestation, vulner Obductioni
Secundo post obtentam Contumaciae poenam ad Judi
cium Officij psen parte ab altera Citatt idq ex eo: Quia
Ipsi nulla ex ratione, imo ex odio formata sibi
quadam pretensione respectu cuiusdam quotae pecu:
niariae sine scitu actt nobili Brzozowski anteacto fa
mulo suo, qui à se actt non finitis servitijs acce:
ptisq rebus Anno proxime elapso recessit, dato ipse vero
G. Daniel Rosciszewski ulciscendo vilem suam pre
tensionem non amicabiliter, quinimo hostiliter cum
malleo adunco, alias z obuchem, G vero Petrus Wło.
czewski cum pgrandi baculo actt ex Sylva cum
lignis Domum suam tenden oppresserunt, viam
publicam cuiq liberam interceperunt, intercepta via
se actt primo verbis inconvenientibus et laesivis
affecerunt, ac post sine omni respectu malleo adunco
convulneraverunt, vulnera inflixerunt, et è vivis suffer
re conati sunt, in terram protruserunt, famulos à

à servitijs tam per se quam Subditos suos avocarunt
læserunt diffamarunt, irrealia nunquam probanda ob
iecerunt, pascua libera denegarunt, ac alias violentias
omni Inquisitionum genere probandas et deducendas
intulerunt, et perpetrarunt, per quæ præmissa Leges Rnæ
transgressi sunt, pœnas ex qualitate dementi succubue
runt, et in se traxerunt, Qua propter citantur ad videndum
et audiendum ipsos pœnis Condignis puniri Solutionem
taxæ vulnerum demandari, ac id quod Juris erit de
cerni et sententiari præsentem. Tum quoq; Alteræ inter
